4

DISSERTATIO

De

JURIBUS SERENISSIMÆ DOMUS SAXONICÆ,

Quam

AUSPICE DEO,

SUB PRÆSIDIO

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, ac Excellentissimi

DN. JOH. VOLK. Bechmann/

JCti, Profess. Publ. celeberrimi, Consiliarii Saxonici, Curiæ Provincialis & Scabinatus Assessoris Gravissimi,

Præceptoris sui æternum honorandi,

Publicæ eruditorum disquisitioni submittit.

GEORGIUS RUDOLPHUS Marschall/Eques Thur. AUTOR,

In Auditorio JCtorum

Ad diem 7. Februar.

JENÆ,

Typis GEORGI SENGEWALDI,

ANNO ClƆ IƆC LX.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DN. JOHANNI GEORGIO II.

Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, ac Montium Duci, Sacri Romani Imperii Electori ac ArchiMarſchallo, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, nec non ſuperioris ac inferioris Luſatiæ, Burggravio Magdeburg. Comiti de Marca & Ravensburg, Dynaſtæ in Ravenſtein, &c &c.

Principi ac Domino meo Clementiſſimo,
Devotiſſimam animi ſubjectionem!

Quamvis, Potentisſime Elector, Serenitatis Veſtræ laudes, quas in publico totius Germaniæ ac Europę theatro applaudente fama reportat, nõ ſemel optarim, famulantis calami conatu declarare, repreſſit tamen juvenilem ardorem vox illa Phavorini Philoſophi: Turpius eſt exigue & frigide laudare, quam vituperare. Videbam enim laudes illas communes naturæ vias ſupergreſſas, vixque aliquem poſſe tanta eſſe eloquentia, tamque divino & incredibili dicendi ge-

nere

nere, qui earum magnitudinem ac multitudinem non dicam augere, aut ornare oratione, ſed enumerare ſaltem, aut conſequi poſſit. Virtutes omnes ſiquidem, Princeps Optime, præcelſum Veſtrum animum tanquam ſacrarium ſuum poſſident, atq; ſplendore ſuo ad omnem gloriam exornant. Prudentia, rerum geſtarum gloria, inuſitata manſuetudo, inſignis clementia, æquiſſimus in ſumma rerum omnium poteſtate modus, Serenitatem Veſtram dignitate plenam circumducunt, ac triumphanti curru in immortalitatis Capitolium educunt. Quæ omnia ſicut religioſo venerari ſilentio malo, quam impari deſcribere conatu: ita Sereniſſimæ Domus Saxonicæ, ac ſpeciatim Veſtram, Sereniſſime Elector, gratiam Clementiamque ſingularem ac prope divinam erga familiam noſtram tacitus prçterire nullo modo poſſum. Ducenti ferme ſunt anni quod in Sereniſſimis Saxonicis Aulis ſubinde familia noſtra verſata, & infinito beneficiorum cumulo ornata eſt. Quæ beneficia niſi devotiſſima memoria perpetuo colerem, omnium peſſimus, quia ingratiſſimus, jure omni judicarer. At vero de clementia beneficiisque a Sereniſſimo ac Potentiſſimo Parente Serenit. Veſtræ glorioſiſs. memor., & a Veſtra Serenitate avo & parenti meo clementiſſime exhibitis quid dicam?

 unde

unde ordiar? ubi desinam? Superant illa & quicquid dixero, erit infra illorum dignitatem. Præterea de clementia illa, qua Serenitas Vestra, me Suum devotissimum servum beavit, & Se rationẽ meorum studiorum habituram quam clementissime erga parentem meum recepit, quoties cogito, cogito autem sæpissime, intimos mihi sensus animadverto cõcitari, ac vehemẽter doleo, quod non appareat, quo cultu tot tantisque beneficiis respondere, qua oratione Serenitati Vestræ gratias agere cumulate possim. Fateor ingrato mihi moriendum est. Quod unum possum, memoris ac devoti animi signa Serenitati V. ac toti Serenissimæ Domui Saxonicæ subinde quacunque possum ratione ostendere conabor. Quem in finem dissertationem de juribus Serenissimæ Domus Saxonicę conscripsi, eamq; in sinum vestrum, Domine Clementissime, depono humillimus. Hanc Elector Maxime, rogo, Serenitas V. propitia fronte suscipiat, & patiatur in laudatissimo beneficentiæ suę templo suspensam exiguam hanc memoriæ tabellã, eiq; aureo Serenissimi Sui Nominis umbone asylum præstet tutelare. Recordetur, V. Serenitas veteris dicterii: mola salsa litari ab his, qui thura nõ habent. Novit Artaxerxi malum punicum a rustico oblatum optime placuisse: novit eidẽ quen-
dam

dam haustam utraq; vola aquam donasse, Regemque mirifice hoc munere delectatum esse. Quare Serenitas V. pro Sua in familiam nostram clementia levidense hoc munusculum pro infinitis beneficiis exhibitis libens accipiet, & Sibi me habebit de meliori nota quam commendatissimum. Quod si impetravero, polliceor prima pietate erga Deum, secunda erga Serenitatem Vestram me semper fore, Numenq; Ipsius grave & sanctum in omni vita mihi futurum. Quin & in intimo corde meo aram Charitum & Mnemosynes erigam, ad quam quotidie flexo poplite stratus Serenissimo Vestro Nomini thure perpetuæ laudis litabo, & Supremũ rerum arbitrum pro salute ac incolumitate Serenitatis V. & totius Domus Saxonicæ supplex orabo. Vivat precor, Serenissime Elector, Seren. V. ut hactenus, ita & diutissime, felicior Augusto, melior Trajano! Valeat felicissime! Deus Ipsam servet diutissime!

Potentissimæ Vestræ Serenitatis

Devotissimus ac Subjectissimus

Georg. Rudolph Marschall.

Q. D. B. V.

DISSERTATIONIS

De

JURIBUS SERENISSIMÆ DOMUS SAXONICÆ

Prooemium.

QUI dignitatem familiæ alicujus elogiis quæsiverunt, illis majorum antiquitas, nobilitas ac claritudo insigne semper commendationis argumentum fuit. Qui enim ex illustribus orti sunt majoribus, eos non corpus tantum, sed & animum similem nancisci videmus. Siquidem

> Fortes creantur fortibus & bonis,
> Est in juvencis, est in equis patrum
> Virtus, nec imbellem feroces
> Progenerant aquilæ columbam,

jam olim commoto immortalis lyræ suæ plectro cecinit Horatius. Et mihi nunc quoque ubi in Serenissimam Domum Saxonicam pietas ac devotissima subjectio, jura ejusdem perlustrare non tam suadet, quam imperat, ab hoc loco uberrima sese offerret dicendi materies. Originem quippe hujus a pervetusta Saxonum gente ac familia Witekindi Regia arcessendam esse, constans multorumque eruditorum firmata consensu opinio ac certissima persuasio est. Hac origine ac isthoc honoris culmine quam dignissimam sese Serenissima Domus Saxonica præstiterit semper, ac virtutum illustribus exemplis præ reliquis in Euro-

Europa effloruerit, quanta clementia ac prudentia suos rexerit, experientia loquitur, ac regionum subditarum felicitas devote celebrat. Etenim quemadmodum, si immensum hoc vasti hujus terrarum orbis amphitheatrum tantum quasi per transennam prætereuntes strictim aspiciamus, non possumus non in istam deduci cogitationem, non sine aliquo custode, (ut loquitur sapiēs ille Romanus Seneca) tantum opus stare, neque hunc siderum certum cursum fortuiti impetus esse, neque terrarum gravissimum pondus casu sedere immotum, & circa se cœli properantis fugam spectare, sed procedere hæc omnia æternæ legis summique Numinis imperio. Pari quoque ratione si quis Saxoniæ agros coli, pagos & oppida rebus omnibus ac præprimis pace reliquis bellorum tumultibus perturbatis regionibus florere videat, ei integrum est asseverare, illos, quorum imperio parent, Principes esse, in

— — queis veteris vestigia recti
Et mores videas ductos meliore metallo.

Mirum igitur non est, si quisq;, qui sub tutela Serenissimæ Domus Saxonicæ feliciter quiescit, eam devotissime veneretur, colat, ac coram orbe universo deprædicet. Id vero me hac ratione quadantenus consequi posse existumavi, si, quæ de dignitate ac juribus ejus sparsim collegi, in formam dissertationis Academicæ redigerem, ac publicæ luci exhiberem. Quamvis conatus meos nonnullos haud probaturos esse prævideam, quod ego homo, cui hoc scribendi genus ante nunquam tritum, cuique nec ingenium aut eruditio par, tantum mihi sumserim, ut summam Serenissimæ Domus Saxoniæ dignitatem, præeminentiam ac jura prædicare auderem. Ac scio quidem, quicquid in me est eruditionis & ingenii, id esse perexiguum, ingenium tamen ejusmodi exercitiis juvandum est, & ego non ambiti-

Q. D. B. V.

DISSERTATIONIS

De

JURIBUS SERENISSIMÆ DOMUS SAXONICÆ

Prooemium.

QUI dignitatem familiæ alicujus elogiis quæsiverunt, illis majorum antiquitas, nobilitas ac claritudo insigne semper commendationis argumentum fuit. Qui enim ex illustribus orti sunt majoribus, eos non corpus tantum, sed & animum similem nancisci videmus. Siquidem

Fortes creantur fortibus & bonis,
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam,

jam olim commoto immortalis lyræ suæ plectro cecinit Horatius. Et mihi nunc quoque ubi in Serenissimam Domum Saxonicam pietas ac devotissima subjectio, jura ejusdem perlustrare non tam suadet, quam imperat, ab hoc loco uberrima sese offerret dicendi materies. Originem quippe hujus a pervetusta Saxonum gente ac familia Witekindi Regia arcessendam esse, constans multorumque eruditorum firmata consensu opinio ac certissima persuasio est. Hac origine ac isthoc honoris culmine quam dignissimam sese Serenissima Domus Saxonica præstiterit semper, ac virtutum illustribus exemplis præ reliquis in Euro-

Europa efflorucrit, quanta clementia ac prudentia suos rexerit, experientia loquitur, ac regionum subditarum felicitas devote celebrat. Etenim quemadmodum, si immensum hoc vasti hujus terrarum orbis amphitheatrum tantum quasi per transennam prætereuntes strictim aspiciamus, non possumus non in istam deduci cogitationem, non sine aliquo custode, (ut loquitur sapiẽs ille Romanus Seneca) tantum opus stare, neque hunc siderum certum cursum fortuiti impetus esse, neque terrarum gravissimum pondus casu sedere immotum, & circa se cœli properantis fugam spectare, sed procedere hæc omnia æternæ legis summique Numinis imperio. Pari quoque ratione si quis Saxoniæ agros coli, pagos & oppida rebus omnibus ac præprimis pace reliquis bellorum tumultibus perturbatis regionibus florere videat, ei integrum est asseverare, illos, quorum imperio parent, Principes esse, in

— — queis veteris vestigia recti
Et mores videas ductos meliore metallo.

Mirum igitur non est, si quisq;, qui sub tutela Serenissimæ Domus Saxonicæ feliciter quiescit, eam devotissime veneretur, colat, ac coram orbe universo deprædicet. Id vero me hac ratione quadantenus consequi posse existumavi, si, quæ de dignitate ac juribus ejus sparsim collegi, in formam dissertationis Academicæ redigerem, ac publicæ luci exhiberem. Quamvis conatus meos nonnullos haud probaturos esse prævideam, quod ego homo, cui hoc scribendi genus ante nunquam tritum, cuique nec ingenium aut eruditio par, tantum mihi sumserim, ut summam Serenissimæ Domus Saxoniæ dignitatem, præeminentiam ac jura prædicare auderem. Ac scio quidem, quicquid in me est eruditionis & ingenii, id esse perexiguum, ingenium tamen ejusmodi exercitiis juvandum est, & ego non ambiti-

bitione, sed subjectissima devotione incitatus sum, ut etiam levidensi hoc scripto propter summam Serenissimæ hujus Domus a ducentis usque annis in familiam nostram Clementiam, gratissimum meum animum declararem. Accessit Magni cujusdam Viri consilium humanissimum, cujus autoritas apud me effecit, ut relicta materia *de sigillis Magnatum*, cui manus jam admoveram, huic ipsi operi me accingerem. Dignitatem Gloriosissimæ hujus Domus nemo doctissimorum satis digne describere potest. Qui ergo ego? Ea tanta est, ut universum Europæ theatrum impleat, eique reliqui Principes Imperii suam quasi debeant. Ottonem enim de Gente Saxonum Ducem potentia sua effecisse, ut hanc, qua nunc pollent Principes, dignitatem ac præeminentiam consequerentur, ex historiarum monumentis patescit. Sed putabam, turpe esse, me adeo desperatione debilitari, ut experiri nolim, quod me assequi diffiderem. Cursum tenui, quem potui. Prima sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere, & in præstantibus rebus judicio Tullii magna sunt ea, quæ sunt optimis proxima. Spero igitur a placidiore natis sidere me impetraturum facile, ut meis faveant conatibus, & si scopum non ubique ferire videar, veniam concedant.

THESIS I.

IUra hæc evidẽtioris methodi gra- 1.
tia dispescemus. I. In Generalia, quæ
Serenissimi Duces Saxoniæ cũ aliis Du-
cibus & Statibus Imperii habent com-
munia. † II. In Specialia, quæ ipsis so- 2.
lis præ aliis competunt. † Ac de illis 3.
primo loco ut agamᵉ, ordo videtur po-
stulare. † Primum maximumque haud immeri- 4.
to dixeris Potestatem, quæ circa sacra & Religio-
nem illis competit, quam non minus verè quam pul-
chrè Landgrav. Hass. Mauritius appellavit der Stände des
Reichs höchstes und grösstes Regale, referente *Limn. lib. 4.
Jur. publ. cap. 8. n. 206.* † Atque hanc potestatem tam fir- 5.
mis ac robustis fundamentis assertum eunt viri docti, ut
contra omnes insultus, (rumpantur ut ilia Papæ) invicta
perdurare possit. Et sanè perfrictæ frontis sit oportet, qui
contra diserta Scripturæ verba neget Magistratui divinitus
commissam esse legis divinæ custodiam, ad quam pertinet
non solum posterior Decalogi tabula de officiis proximo
præstandis, sed vel maximè etiam prior de cultu divino e-
jusque publico exercitio. † Vide *Deuter. 17 v. 18. & Psalm.* 6.
82. ubi Magistratus Dii dicuntur, propterea nimirum, quod
Dei Vicarii, gloriam ejus unice promovere, ac Rempu-
blicam prudentia sua patrocinioque sartam tectam con-
servare debeant. † At vero hoc, ut absque diligenti religi- 7.

A onis

onis & ecclesiæ cura fieri possit, tantum abest, ut potius sublata ea, Dei gloria, justitia, honestas publica, disciplina debita ad extremos usque Garamantas exulent, totaque Respublica ad fatalem flexum sese inclinet, ac tantùm non penitus corruat. *Confer Recess. Imp. de Anno 1532. §. Concilium* betreffend / *in fin Princ.* Ibi: Darneben erfolgen würde / daß alle Zucht / Ehre / Gehorsam / und andere gute Tugenden in Geist- und Weltlichen fallen werde. Urbem citius sine sole, quam Rempublicam sine opinione de Diis aut constitui, aut constitutā servari posse annotavit *Just. Lips. in libr. advers.*
8. *Dialogist.* † Hancq; ipsam ob causam, Imperator supremus Ecclesiæ Patronus vocatur. *Recess. Imp. de Anno 1530. §.* Nachdem aber; *ac in capitulat. Leopoldi Imperat. semper Augusti* Ecclesiæ Christianæ Advocatus; Item *Recess. imper. de Anno 1512. §.* und nachdem wir ꝛc. summus Ecclesiæ Protector nuncupatur. Ibi: der heiligen Christlichen Kirchen rechter
9. Vogt / Advocat, Schirm- und Schutzherr. † Quid quod Principes nostri infeudari dicuntur mit allen Prælaturen und Klöstern derselben weltlichen Obrigkeit / Schutz / Rechten / und Advocatien. *Andr. Knich. de Sax. non provoc. jur. verb. Duc. cap. 5. n. 560. Recess. Imper. de Anno 1524. §.* Als auch / ubi status S. Imperii Schützer und Schirmer vocatos legas.
10. † Inde Augustus Elector Saxon. verè Augustus feliciss. memor. quid boni Principis officium in religionis negotio requirat, *in constit. Ecclesiast. fol. 288.* satis declaravit, verbis hisce piis ac Principi Christiano dignissimis: Nachdem wir als ein Christlicher Fürst / dem nicht allein löbliche Policey / sondern auch der Kirchen Sachen / vermöge tragenden und uns von Gott befohlenen Ambts angelegen ein Christliche Vi-
11. sitation angestelt ꝛc. † Firmat id quod diximus, Constitutio Pacificationis Passaviensis, qua justissime cautum est, ne Jurisdictio Ecclesiastica a Pontificiis Episcopis adversus

Augu-

Augustanæ Confessionis socios exerceretur. † Vi nempe 12.
hujus Constitutionis Jura Episcopalia in Provinciis Statuum Evangelicorum non amplius Episcopis eorumque Ministris, sed Principibus jus territorii habentibus competunt, atq; hucusq; ab illis exercentur. † Sed ea tamē ratione ac 13.
moderamine, ut quædā ad jura illa spectātia immediate per se ipsos, quædam per judicium Ecclesiasticum sive Consistorium, quædam per Superintendentes suos exerceant.
† Qua de re si cui volupe est, adeat *B. D. Joh. Gerh. latissime* 14.
differentem in l. de Minister. Eccles. † Ex quibus simul li- 15.
quere arbitor, Principes & status in suis territoriis liberum habere Religionis exercitium. † Ac duplex quidem in Im- 16.
perio Religio admissa, Pontificia nempe, & Augustanæ Confessioni addicta, exclusis cæteris Religionibus. † Idque 17.
diserta probant verba *in Recess. Imper.* Doch sollen alle andere so obbemelten beyden Religionen nicht anhengig/ in diesen Frieden nicht gemeinet / sondern gäntzlich außgeschlossen seyn. † Ac gaudent potestate alterutram in suis territoriis 18.
amplectendi vel instituendi, ceu patet *ex Constitut. Pac. Relig. de Anno 1555. vers.* Damit aber solcher Fried ꝛc. † Verba 19.
ipsa audiemus: Damit aber solcher Fried auch der spaltigen Religion halber desto beständiger angestelt / auffgericht / und gehalten werden möchte / so sollen die Keyserliche Majestät / auch Churfürsten / Fürsten / und Stände des Reichs keinen Stand des Reichs von wegen der Religion und Glaubens halben beschweren oder verachten / sondern sie bey solcher Religion friedlich und ruhig bleiben lassen.

II.

Quæris hic, Anne igitur Calviniani a Pace religiosa 1.
exclusi sint? † Distinguendum est tempus anterius a præ- 2.
senti; Anteriori tempore pace religiosa Calvinianos diserte non fuisse comprehensos satis clare patescit ex verbis

3. beyder Religionen ; † Neque ratio potest esse obscura, ibi enim status tantum nominantur Augustanæ Con-
4. fessionis, ad quos Reformati non pertinebant † Distinguendum videtur tamen ulterius esse inter communicationem directam, vel totalem, ac indirectam, vel partialem jurium pacis Religiosæ. Dixerit quis illam non fuisse Reformatis concessam, sed hanc indultam, e g. quod Imperator & Catholici non deberent illos turbare in Religione.
5. † Quicquid sit, de præsenti forte aliud judicium ferendum est hodie post Instrum. Pacis Osnabrug. In eo enim *art. 7. & 15. in pr.* omnium beneficiorum ex hac & religiosa pace provenientium plenarie participes videntur constitui. Hoc tamen moderamine, ut publicum religionis exercitium in propriis territoriis jam receptum immutare nō possint, Instrum. Pac. art. 7. verb. at fas ei non sit publicum religionis exercitium, leges aut Constitutiones Ecclesiasticas hactenus ibi receptas immutare &c. *Nic. Myl in tr. de Stat. Imp. cap. 73. pag. 612. Nobiliss. Dn. Præses in dictat. ad Jus publ.*

III.

1. Hisce stantibus ultro etiam sequitur, Principes & Status Imperii exortis forte in religione erroribus & dissensionibus liberam colloquia instituendi aut synodum
2. convocandi potestatem habere; † Ad eorum enim curam pertinet providere, ne quid detrimenti capiat Ecclesia, utque erroribus per synodos omnis præcidatur via & occasio, ac si qui forte irrepserint, penitus deleantur, *juxta Recess. Imper. de Anno 1525. §.* und nachdem ꝛc. Ibi: So soll eine iede Obrigkeit/ sie sey Geistliches oder Weltliches Standes ein fleissiges Auffmercken und ernstliches Einsehen haben/ daß in ihren Fürstenthümen/ Landen und Gebieten/ das heilige Evangelium und Gottes Wort nach rechten wahren Verstande/ ohne Ergernüß/ zu Erhaltung Gottes Lob/ Fried und
3. Einigkeit geprediget werden: † Hoc tamen moderamine

mine synodi & concilia convocanda sunt, ut nihil propria autoritate, sine consilio Theologorum rectè sentientium & autoritate Scripturæ in religionis negotio accepte ptetur vel immutetur. † Sicut enim Princeps in ferend.. 4.
legibus circa bonum Civile non disponit pro lubitu, sed adhibitis prudentū consiliis, *l. 8. C. de legib.* secundum normā justitiæ & æquitatis: Ita etiam quando circa bonum spirituale disponit, h. e. circa religionem & cultum divinum, non debet leges ferre pro libidine, sed eas mutuare a prudentia Theologorum, secundum normam verbi divini immotam. † Quod ipsum non obscure innuit *Recess. Imp. de* 5.
Anno 1555. §. So haben sich der Churfürsten ꝛc. Ibi: Darzu auch ein jeder mit seinen Gelehrten und Theologis sich mitlerweil dermassen gefaßt machen ꝛc. † Jus hoc colloquia & Synodos 6.
instituendi Serenissimos Duces Saxoniæ semper liberum habuisse & adhuc habere, patet ex Colloquio *Anno 1560* Vinariæ habito, ubi disputatum fuit de peccato originali & libero arbitrio inter Flacium & Strigelium. † Testatur 7.
id colloquium Altenburgense *Anno 1568.* inter Theologos Misnicos & Thuringicos tempore Elector. Augusti, & Ducis Johannis Wilhelm. b. b. m. m. Altenburgi institutum.
† Nec minus jus hoc patet ex Synodo Dresdæ *Anno 1571* 8.
celebrato, ubi de Cathechesi Wittebergensium Theologorum de Calvinismo suspecta tractatum fuit. † Item ex con- 9.
ventu Torgensi super controversia Sacramentaria Anno 1574 instituto.

IV.

Præterea vi Juris Episcopalis, quod Principes & status 1.
in suis territoriis habent, competit ipsis Ministrorum Ecclesiæ Constitutio. † Cùm enim verbi divini prædica- 2.
tionem & legitimam Sacramentorum administrationem ipsi Principes per se & immediate suscipere nec debeant, propter Ecclesiastici & Politic. muneris distinctionem divinitus sancitam, *Luc. 22. vers. 25.* & confusionem severe

 puni-

3. punitam, *1. Sam. 13.* † Nec commode possint, propter muneris utriusque diversa objecta, media & effectus.
4. † Docendi igitur in Ecclesia spartam piis idoneisque hominibus commendare debent. *B. D Joh. Gerh. in tract. de Magistr. Polit.* Et solet a plerisque jus hoc instituendi Mi-
5. nistros Ecclesiæ, jus Patronatus appellari. † Quapropter
6. pauca de tali Jure hic dicenda veniunt. † Est vero istud nihil aliud quam jus & potestas præsentandi instituendū ad beneficium Ecclesiasticum vacans, fundatoribus Ecclesiæ, aliisque similibus personis competens, ut tanto propensiores reddantur ad obstringendas sibi similibus beneficiis Ecclesias. *Lambert. de Jur. Patron. libr. 1. q. 1. pag. 1. princ. Reinking. de Regim. Eccles. & secul. lib. 3. Class. 1. cap. 9. n. 1.*
7. † Duplex hoc jus Dd. constituunt, aliud Ecclesiasticum, aliud laicum seu seculare. Ecclesiasticum esse dicunt, quod competit ratione Ecclesiæ, licet originem habuerit ex patrimonio laici. Laicum seu seculare est, quod alicui, sive laico, sive Clerico competit, ratione patrimonii, non vero ratione Ecclesiæ vel beneficii, *arg. cap. 28. de jure patron.*
8. *Reinking. de Regim. secul. & Eccles. lib. 3. cap 9. n. 44.* † Acquiritur vero jus hoc patronatus variis modis; Primus & regularis modus est fundatio, quę dici potest, agri vel soli ab omni onere liberi ad erigendam Ecclesiam ad-
9. signatio. *cap. 3. de Eccles. ædif.* † Secundus acquirendi modus est constructio sive ædificatio novæ Ecclesiæ, nam & is patronus fit, qui expensas & sumtus in extru-
10. endo facit. *Nov. 133. cap. 10. Reinking. dict. loc.* † Tertio jus hoc Dotatione, h. e. redituum seu Censuum annuorū assignatione acquiritur. *cap. 9. de Consecrat. Magnif. Dn.*
11. *Carpzov. Jurispr. Consist. lib. 1. tit. 2. d. fin. 13. n. 8.* † Non vero necesse est, ut beneficia hæc ab uno conferantur, & unus tantum patronus fiat, sed plures ejusdem Ecclesiæ Patroni esse

esse possunt, & quidem ita, ut jus patronatus, at non divisim, sed in solidum penes omnes sit, & omnes æque sint patroni, nec unus magis quam alter, dicatur Patronus, quamvis unus plus vel minus quam alius in dotatione contribuerit; *Pet. Gregor. de benef. Eccles. cap. 17 n. 5.* Et tantum juris habet is, qui unum angulum ædificavit, quantum is qui duos extruxit. *Magnif. Dn. Carpzov. libri 1. Jurispr. Consist. tit. 4. def. 45. n. 1.* † Sunt insuper & alii modi, quibus 12.
jus Patronatus adquiritur, qui irregulares vocantur, eorumque primus est Reædificatio seu reparatio Ecclesiæ totaliter destructæ, ita ut reædificans incipiat à fundamento, & quidem cum consensu Episcopi, sine quo reædificari nequit. *Nov. 67. cap. 2. Reinking. libr. 3. cap. 9. num. 6.*
† Secundus irregularis modus est Præscriptio, hac enim 13.
jus patronatus acquiri posse, dubium non est, *per cap. 11. de jure patron. Magnif. Dn. Carpzov. lib. 1. Jurispr. Consist. tit. 2. defin. 21. n. 4. Reinking. lib. 3. Class. 1. cap. 9.* † De tempore 14.
præscriptionis DD. inter se controversantur, contra Ecclesiam liberam immemorialem præscriptionem requiris *Georg.* Schönborn *4. polit. cap. 1.* † Alii quadragenariam 15.
sufficere putant. *Reinking. lib. 3 Class. 1. cap. 9. n. 69.* † Ter- 16.
tium acquirendi modum irregularem Doctores Pontificii dicunt privilegium, quo Pontifex Romanus vi Ecclesiasticæ, quam sibi in omnes Ecclesias arrogat, potestatis de Camerâ, ut loqvuntur, Principes & status Ecclesiæ patronos efficiat; Veritati tamen & juri magis consentaneum est, Jura hæc Principibus tanquam nutritiis Ecclesiæ competere. *Plura hac de re vide apud Reinking. de Reg. Eccles. lib. 3. cap. 9. n. 54. Magnif. Dn. Carpzov. lib. 1. Consist. tit. 1. defin. 2. n. 6. Beat. Dn. D. Joh. Gerh. in loc. de Magist. Polit. §. 171.*

Officium Patroni quod attinet, potissimum in tribus 17.
illud

illud consistit, in Nominatione certæ personæ, quam Patronus Populo in suggestu ad videndū & audiendū sistit,
18. quod vulgo die Prob Predigt vocatur. † Consistit ulterius officium Patroni in Vocatione, dum Patronus Ecclesiæ nominato & approbato literas vocationis transmittit.
19. † Quam tandem sequitur præsentatio, quando patronus nominatum & vocatum, cum literis vocationis ad Episcopū vel Consistoriū, ad examen & exploratione eruditio-
20 nis ablegat. † Et tribus hisce peractis, nullum præterea jus ac potestatem in præsentatum & ab Episcopo confirmatum patronus sibi arrogare potest. *Magnif. Dn. Carpzov. lib. 1. Jurispr. Consist. tit. 2. defin. 20. n. 6. & 7.*

21. † Est vero ad præsentandum certum temporis spatium institutum, quatuor scil. mensium, quando patronus est laicus, *cap. 3. in fin. cap. 27. de jur. patr.* Sex vero mensi-
22 um, si est Clericus. *Nov. 23. cap. 1.* † Illudque temporis spatium non a die vacationis sacerdotii, sed a die notitiæ currere incipit, quo scil. patrono innotuit, munus Ecclesiasticum vacare, aliumque ad illud præsentandum esse, *cap. 5. in fin. extr. de conceß. prab. Magnif. Dn. Carpzov. lib. 1. Ju-*
23. *rispr. Eccles. tit. 2. defin. 15 n. 6.* † Sed hodie in Electoratu Saxon. tempus hoc Jure Canonico definitum non attenditur, inprimis quia ordinatione Eccles. Elect. Aug. viduæ & liberis defuncti Pastoris dimidius gratiæ annus est assigna-
24. tus. † Præterlapso tamen hoc tempore eo laborare debet patronus; quo alius functionem Ecclesiasticam subeat, ne forte Episcopus ob negligentiam ejus ex officio pastorem instituat, & defectum suppleat. *cap. 17. extr. de jur patr. Petri Gregor. de benef. Eccles. cap. 10. n. 16. Reinking. libr. 3. Claß. 1. cap. 9. n. 20.*

25. † Rursus vero Jus Patronatus amittere potest Patronus, & quidem Crimine læsæ majestatis, tunc enim una cum

cum bonis fisco cedit; † Item si negligens in tempore 26.
præsentandi fuerit, tunc enim ea vice ad Episcopum devolvitur. Vel si Ecclesia fuerit destructa. *Reinking. de Reg. Eccl. libr. 1. Clas. 1. cap. 9. n. 60.* † Atque hæc sufficiant de 27.
jure Patronatus, plura qui desiderat, legat *Reinking. de Reg. Eccles. lib. 3. per tot. & Magnif. Dn. Carpzov. tract. de Jure Patronat.* & alios.

V.

Quemadmodum Ministrorum Ecclesiæ Constitutio 1.
ad Principes nostros pertinet, ita etiam eorum REMOTIO illis non est deneganda, cui enim jus vocandi competit, ei & jus removendi, ac unumquodque eodem modo dissolvitur, quo colligatum est. *l. 35. ff. de reg. jur. l. 80. de solut.*
† Non tamen pro arbitrio absque ratione & causa probabi- 2.
li Ministros Ecclesiæ ab officio removebunt. † Justa au- 3.
tem si adsit causa & si criminis arguatur Minister Ecclesiæ, maximè locus est depositioni. † Estque hac de re clara 4.
dispositio Electoralis, *in ordinat. Eccles. tit.* von Ober*Consistorio, Rubr.* Wie weit sich des Synodi Ambt/Erkentnüß und Verordnung in Abschaffung und Verbesserung vorgefallener Mängel erstrecke / *& art. 10. in fin.* verb. Soll Er alsbald seines Ambts entsetzet werden. † Et quemadmodum Ministro 5.
rū Ecclesiæ constitutio coram consistorio Ecclesiastico nomine Principis a quo consistoriū cōstitutum est, fieri solet, ita etiā eorum remotio & depositio, ut omnia fiant ordine & sine confusione ab eodem expediri debet. † Legitime 6.
tamē, h. e. observato processu legitimo, præviaq; causæ cognitione exacta. *Reinking. de reg. Eccl. lib. 3. Class. 2. c. 2. n. 14.* 7.
† Delicta & causæ propter quas Ministri Ecclesiæ removeri possunt, variæ sunt, quare accuratè perpendenda est criminis commissi qualitas, ne forsan pœna remotionis irrogetur haut merenti. † Delicta illa recensuit & exposuit 8.

Magnif. Dn. Carpzov. in Jurispr. Consist. libr. 3. tit. 10. defin. 113. num. 3.

VI.

1. Et quo omnia in Ecclesia ordine gerantur, Principes & status VISITATIONEM habent, quæ nihil aliud est, quam inquisitio in doctrinam, vitam & mores docentium & discentiū. † Ob eam hodie speciales cōventus in suis ter-
2. ritoriis & Ducatibus Principes solent instituere per Consistoriales, aut speciatim ad hoc deputatos Superintendentes tanquam inspectores. *Vid. Reinking. de Reg. Eccles. lib. 3. cap. 7. per tot.*

3. † Hodie ea Visitatio in Electoratu & Ducatibus Saxon. quotannis a Superintendente cujuslibet Ecclesiæ fieri solet, quæ vulgò Kirchrechnung vocatur, ubi communiter de vita & doctrina Pastoris & Auditorum inquiritur, ut si quæ scandala orta, removeantur, & disciplina Ecclesiastica rectè administretur, exerceatur, & stabiliatur.

VII.

1. Competit ulterius Principibus & Statibus Imperii,
2. libera circa bona Ecclesiastica dispensatio. † Sunt enim nutritii Ecclesiæ divinitùs constitutæ; debent ergo etiam liberam bonorum Ecclesiasticorum dispositionem habere *B. D. Joh. Gerh. in loc. de Magistr. polit. §. 165. &*
3. *Melch. Goldast. com. 3. Constit. Imp pag. 34.* † Facit huc *Recess. Imp. de Anno 1555 §.* Dieweil aber ꝛc. verba ejus sic se habent. Dieweil aber etliche Stände und derselben Vorfahren etliche Stiffte/ Klöster / und andere Geistliche Güter eingezogen/ und dieselben zu Kirchen / Schulen / milden und andern Sachen angewendet, so sollen auch solche eingezogene Güter/ bey der Verordnung wie es ein ieder Standt mit obberührten eingezogenen und allbereit entwendeten Gütern gemacht gelassen werden/ und dieselben Stände derenthal-

Ben:

ben weder in noch ausserhalb rechtens nicht besprochen noch angefochten werden. † Imò eodem Recess. cautum est, 4. quod etiam Camera Imperialis de ejusmodi bonis Ecclesiasticis decernere & sententiam dicere, nec possit nec debeat. Verba Recess. hæc sunt. Derhalben befehlen und gebieten wir hiermit und in Krafft dieses Abschieds / der Keyserlichen Majestet Cammerrichter/und Beysitzern/daß sie der verwendeten Güter halben/keine Citation, Mandat, und Proceß erkennen / und decerniren sollen. † Atque etiam hâc 5. liberâ de bonis Ecclesiasticis disponendi potestate Serenissimam Domum Saxonicam gaudere, clarum est *ex Ordinat. Ecclesiast. art. 28.* von *Permutation* der Pfarrgüter; Ibi: soll mit Vorwissen und Bewilligung unser als des Landes Fürsten geschehen rc. *& in decret. Synod. de Anno* 1624. *§.* Es befindet sich aber; *& §.* wie es aber rc. Ibi: also wollen wir männiglich gewarnet haben / nichts von den Kirchengütern ohne unsern des Landes Fürsten/oder obersten Lehnherrens sonderbahren Consens, zu verkauffen / zu vertauschen / oder in anderwege zu veralieniren.

VIII.

Vi Juris Episcopalis quod Principes & Status Imperii habent, tenent quoque JURISDICTIONEM ECCLESIASTICAM. 1. † Quæ nihil aliud est, quam cognitio de causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, *Reinking. lib. 3. Class. 1. c. 10. n. 1. Recess. Imper. de Anno* 1555. *§.* In solcher fürgezogener rc. *& §.* Damit auch obberührte beyderseits rc. † Illam 2. 3. expedire solent per suos Consistoriales; *Besold. Thesaur. pract. voc.* Bischoff. *p. g.* 124. † Sicut enim negotia & 4. causæ seculares in judiciis secularib' expediri solent, ita etiam causæ Ecclesiasticæ per personas Ecclesiasticas in Consistoriis terminari & definiri debent. † Quapropter usu 5. receptũ est, ut omnes Principes & Status Augustanæ Con-

fessionis suæ propria habeant consistoria, in quibus negotia & causæ Ecclesiasticæ tractantur, & expediuntur. † Tale
6. judicium est Consistorium Serenissimi nostri Electoris
7. Dresdense, quod supremum est. † Tale quoque Lipsiæ &
8. Wittebergæ institutum esse quis ignorat? † Imo omnes Serenissimos Duces Saxoniæ tale in suis territoriis habere, quem latet?

9. † Notari hîc velim, quædam jurium atque negotiorum Episcopalium in Electoratu Saxoniæ propriè ac immediatè Serenissimo Electori reservari, quæ in Senatu Ecclesiastico vulgò im Kirchenrath/reliqua verò in Consistoriis à personis Ecclesiasticis pariter & politicis tractari so-
10. lent. † Ejusmodi Consistoriorum quatuor quondam memorata legimus, Wittebergense, Lipsiense, Misnense, &
11. Zvvikoviense. † Verùm Serenissimus Elector Augustus gloriosissimæ memoriæ, abrogatis duobus posterioribus, Dresdense Consistorium Wittebergensi & Lipsiensi adjunxit, idque supremum, quod ei annexus esset Senatus ut loqvuntur Ecclesisticus, in quo de reservatis Ecclesiasticis tractaretur & decerneretur, appellare amavit, sicut manifestũ est, *ex Ordin. Eccles. Elector. sub tit.* von beyden Consistoriis. *Item* von OberConsistorio, cui in reliqua Consistoria inferi-
12. ora concessa est inspectio. † Ac licet postea sub regimine Serenissimi Electoris Christiani I. glor. memor. Consistorium Misnense iterum erectum constet, solo Senatu Ecclesiastico, cui Nobiles duo Consiliarii & Concionator Aulicus præficiebantur Dresdæ permanente; res tota tamen ad
13. pristinum statum rediit. † Etenim *An. 1606.* habitis comitiis Provincialibus Serenissimus Saxoniæ Elector Dn. Christianus II. glor. memor. ad petitionem votumque Ordinum Provincialium prædictum Ordinem Ecclesiasticum rursus introduxit, & abrogato consistorio Misnensi, id

eum

cum Senatu Ecclesiastico Dresdensi conjunxit. † Atque 14.
hinc, ut antea jam dictum, tria etiamnum vigent consistoria, Lipsiense, in circulo Lipsiensi, Thuringico & Varisco, Wittenbergense, in Circulo Electorali & Saxonico; & Supremũ Dresdense in Circulo Misnico & Friburgico vulgò Ertzgebirgischen Creiß. † Quod posterius duplex fere repræ- 15.
sentat Collegium, Consistorium nempe & Senatum Ecclesiasticum, qui ei annexus, quamvis conjunctim ab utraq; parte administretur. † Estque discrimen quoddam du- 16.
plicis hujus Collegii, si attendatur autoritas, qua Senatus Ecclesiasticus præpollet. Quippe decreta ejus sub nomine Serenissimi Electoris a Præside vel Consiliario Politico subscripta emanant, imò quædam ab ipso Serenissimo Electore subscribuntur, in Consistorio verò ut Consistorio, Domini Consistoriales causas determinant. † Ex hoc et- 17.
iam differentia hujus diversi collegii elucet, causas Spirituales & Consistoriales quæ communes sunt reliquis duobus Consistoriis, quatenus occurrunt in Circulo Misnico & Friburgico, in Consistorio Dresdensi supremo tractari. † Specialia verò jura Episcopalia, quæ causas conscientiæ, 18.
convocationem Synodorum, Academias, Scholas, dispensationes, & similia concernunt, soli Senatui Ecclesiastico reservari patet. † Sunt insuper utriusq; Collegii diversi actua- 19.
rii, nam in Senatu Ecclesiastico Secretarius, in Consistorio verò Protonotarius operam præstat ministerialem. † Præ- 20.
terea a Decretis Consistorii ad Serenissimum Electorem appellatio fieri potest, a rescriptis verò Serenissimi Electoris ex Senat. Ecclesiast. emanantibus appellare nemini licet.

† Tandem Senatus Ecclesiasticus in Consistorio su- 21.
premo causas ab inferioribus avocare, illis mandare, eorumque acta & decreta corrigere valet. Quod Consistorium qua tale non potest, uti hæc omnia *ex Ordinat. Eccl. sub tit.* von Ober *Consistorio* clarissime patent.

1. Quæ vero illæ causæ Ecclesiasticæ sive spirituales quæ in Consistoriis tractandæ sint, de iis certa definiri nequit regula, ex iis verò, quæ *in Ordin. Ecclesʃ. tit.* von beyden *Consistoriis, cap. 7. sub rubr.* was Sachen in das Consistorium ge-
2. hörig recensentur, facile dijudicare licet. † In genere autem omnes controversias de sponsalibus & matrimoniis causas esse Ecclesiasticas extra omne dubium est, *Andr. Knich. de jur. territ. cap. 3. n. 234. Ordin. Ecclesʃ. dict. cap. 7.*
3. *§.* Erstlich alle Ehesachen wie sie Nahmen haben rc. † Et licet Pontificii Principibus Augustanæ Confessionis jus de matrimoniis cognoscendi & decidendi denegare conentur, faciunt id tamen argumentis tam jejunis, ut eorum nulla
4. habeatur ratio. † Quis enim ignorat, Status Augustanæ Confessionis suas speciales habere constitutiones Ecclesiasticas, vulgò Kirchen Ordnungen/ quibus annexæ sunt ordinationes matrimoniales, Ehe Ordnungen/ in quibus de matrimoniis, gradibus consangvinitatis, dispensatione, aliisq; Juribus dispositum est, in quo constitutionum usu Status Evangelici turbandi non sunt, ut patet *ex pac. relig. §.* Damit auch rc.
5. † Hisce annumerantur Controversiæ de usuris, *tot. tit. extr. de usuris*, licet praxis hodierna cognitionem de crimine usurarum deferat quoque judici seculari, *Recess. Imper. de Anno 1530. Rubr.* von Wucherlichen *Contracten*, *§.* Dieweil aber rc. *Recess. Imper. de Anno 1548. ead. rubr. §.* Dieweil rc. *de Anno 1501. ead. rubr. §.* Nachdem auch / Ibi: gebieten auch hiermit allen und ieglichen Geistlichen und Weltlichen Richtern rc. *Reinking. libr. 3. Clasʃ. 1. cap. 10. n. 49. & seqq.*
6. † Idque in Provinciis Electorat. Sax. ita se habere patet *ex Ordin. Torgensʃ. de Anno 1583. §.* von Wuchern und wucher-
7. lichen *Contracten &c.* † Controversias porro decimarũ huc referri, dubium nullum est.

Nec

† Nec aliud dicendum, de beneficiis Ecclesiasticis & 8.
Jure Patronatus. † Item suspensione Clericorum eorum- 9.
que depositione, de quibus supra actum. *Vide Reinking. lib. 2. Class. 1. cap. 10. Magnif. Dn. Carpzov. lib. 2. Jurispr. Consist.* † Causam relaxandi juramenta quod attinet, etsi 10.
hæc jure Canonico pro Ecclesiastica habeatur, *tot. tit. extr. de jurejur. cap. 13. extr. de jud.* Attamen hodie Ecclesiasticis non amplius competit potestas absolvendi a juramentis ad effectum agendi. † Cùm talia jura Principes pro- 11.
priis reservare solent auditoriis; *Anton. Fab. de relig. regend. libr. 2. c. 9.* † Veluti quoque hanc relaxationem exer- 12.
cent Assessores Cameræ Imperialis *Ordinat, Cam. Imp part. 2. tit. 24.* von *Relaxation* der Eyde. *Gail. 1. observ. 25. Reinking. libr. 3. Class. 1. cap. 10 n. 45. & seqq. Berlich. part. 2. conclus. 44. n. 44.* ubi asserit: † Potestatem hanc relaxandi 13.
juramentum Principibus etiam ad effectum agendi competere. † Nec obstat, quod jus hoc jure Civili referatur 14.
inter Regalia, *arg. l. fin. qui satisd. cog. l. 6. §. fin. de jur. Patron.*
† Respondemus enim progressu temporis Episcopos jus 15.
hoc sibi sumsisse, jam verò suspensa horum jurisdictione, omnia jura & privilegia ad Principes nostros transierunt. Ergo & hoc, quod etiam omni tempore exercent, ut testatur *Constitut. Elect. Sax.* † Ubi Serenissimus Elector po- 16.
testatem hanc relaxandi juramentum etiam ad effectum agendi specialiter sibi reservavit, ita ut absolutio singulariter in Aula Electoris petenda sit. *Consistor. Colleg. Witteb. p. 1. Consult. q. 4. n. 17. & seqq. Magnif. Dn Carpzov. jurispr. Consist. lib. 3. tit. 1. defin. 2. n. 23.* † Idem etiam est cum Di- 17.
spensatione matrimonii, in gradibus jure Civili ac municipali prohibitis, quæ hodie non indifferenter in quibusvis Consistoriis tractari atque determinari potest. † Sed in pro- 18.
vinciis Elect. Sax. soli Consistorio supremo, quod Dresdæ

est,

est, potestas hæc reservata, quippe quod Electorem Serenissimum repræsentat, cumque Senatu Ecclesiastico ita conjunctum est, ut quandoque per Consistorium supremā
19. exerceat potestatem, *ut supra in th. 8. dictum*. Estq; clara hac de re sanctio Electoralis *in Ordin. Eccles. sub Rubr.* von beyden *Consistoriis* zu Leipzig und Wittenberg § 8. *vers.* Wenn auch in Ehesachen bey den Consistorien ümb Dispensation angesuchet würde / sollen sich die Consistoriales derselben nicht mechtigen, sondern iederzeit solches an uns gelangen lassen/ und unsers fernern Bescheids darauff erwarten. *Magnif. Dn. Carpzov. Jurispr. Consist. lib. 2. tit. 7. Defin. 125. n. 7.*

X.

1. † Multa insuper jura Ecclesiastica, quæ Statibus & Principibus Imperii competunt, recensenda essent, nisi temporis penuria nos excluderet, auremque velleret Themis, ut de JURIBUS EORUM SECULARIBUS quædam in medium proferremus.
2. † Est verò eorum jus duplex, duplicemque potestatem habent.
3. † Alia, quæ concernit superiora, & in administratione Romani Imperii, respectu juris statuendi de tota Republica cum Imperatore, vel juris sessuræ, ac sententiæ dicendæ in Comitiis & similibus consistit.
4. † Alia, quæ concernit inferiora, & consistit in personis & rebus ditionum, quas ut Provinciarum ac locorum certorum Imperii Domini ac possessores obtinent. De majoribus ut prius agamus ordo suadet.
5. † Primum autem locum meritò sibi videtur vendicare id, quod Principes Imperii GRATIA DEI dignitatem habere, ipsiusque Clementia REGNARE scribant, ac in edictis utantur locutione Wir von Gottes Gnaden/ *juxta communem in literis formulam* non minus ac Imperator, a tempore jam retrò computato immemoriali. *Magnif. Dn.*
6. *Carpzov. in tr. de Capitul. Cæsar. cap. 1. Sect. 1. n. 11.* † Quod sanè

ſanè aliis multis in Regnis Principi conceditur nulli, in Galliâ enim neminem (Excepto Delphino primogenito regis filio, Episcopo Andegavensi & Episcopo Parisiensi referente *Limn in addit. ad libr. 4. cap. 6. n. 15.*) absque crimine læſæ majeſtatis ita ſe inſcribere audere docet *Auth. de jur. princip. concluſ. 88. lib. 13.* & ſub Carolo VII. in Gallia aliquem, qui ſe Dei Gratia Comitem Arminacem inſcriberet, criminis læſæ majeſtatis accuſatum fuiſſe, cum videretur his verbis (Dei Gratia) liberare ſe Regia poteſtate, *Limn. dict. loc. pag. 422.* † Noſtros vero Principes hu- 6.
jus inſcriptionis jure ab immemoriali tempore hucusq; ſemper libere uſos eſſe patet ex eo, quod Ottonis II. Imperaroris tempore Otto Dux Wasgoviæ in diplomate fundat: S. lambert. Diœceſis Spirenſis Anno Chr. 977. Dei Gratia regnare ſcripſerit wir Otto von Gottes Gnaden Hertzog in Wasgow / referente *Nicol. Myler. in tract. de Princ. & Stat. Imper. cap. 30. pag. 306.* † Hoc ergo jus 7.
competit Principibus noſtris, tum ex longiſſima hac obſervantia, quæ Privilegii ac juris loco habetur. *Limn. l. 4. cap. 6. n. 32.* † tùm propter autocraticæ poteſtatis emi- 8.
nentiam, cum Principes Imperii in conſortium quaſi, ſummi Imperii aſſumti ſint, ac eàdem in territoriis ſuis ſublimitate gaudeant, quâ Imperator ipſe in Imperio, *Andr. Knich. de jur. territ. cap. 1. n. 22.* † Et propter hanc 9.
ſummæ poteſtatis communicationem, Electoribus in Aur. Bulla majeſtas tribuitur, quaſi eam cum Imperatore habeant, imò cæteri Imperii Principes majeſtatis quaſi participes facti ſunt, ac majeſtatem, in ſuis territoriis habere videntur, quaſi eam haberent, adeò ut etiam *Magnif. Dom. Carpzov. in tr. de capitul. Cæſar. cap. 1. ſect. 13.* aſſerat, Principes & Status Imperii in ſuis Provinciis majeſtatem habere. † Faciunt huc verba Viri alicujus Magni 10.

& Juris publ. peritissimi, quæ aliquando me legisse memini, hæc ut Paco ejus hûc ponam, sic sonant. Ich mag hiebey nich übergehen/ das ich von einem Vornehmen Churfürstlichen Ministro verstanden/es habe Chur-Brandenburg erst vor wenig Jahren in einem Contractu diese Wort gebraucht/ Dessen zu urkund haben wir diesen Brieff mit unser Majestät Insigel bekräfftiget. So finde ich auch eine alte Urkunde/das Hertzog Willhelm von Sachsen in einen endscheidungs-Briefe zwischen dem Rath und etlichen der Bürgerschaft Königsberg in Francken/sub dato Donnerstags Divisionis Apostol. Anno 1456. eben dergleichen Worte gebraucht/ welches in mir die Gedancken erweckt/ daß etwa vor dessen/ weil die Churfürsten dem Königen und gekröhnten Häuptern gleich geachtet und wieder Sie auch Crimen læsæ Majestatis commitiret wird/Ihnen und denen Fürstlichen Chur-Linien dergleichen attribut gedichen/und zumahl sich das Fürstliche Hauß zu Sachsen/ gleich wie mit den Privilegio de non appellando nec evocando geschehen/ in dessen possession vor

11\. andern erhalten. Hæc ille. † Et quia supra princ. hujus thes. mentionem fecimus, Principum jura etiam in administratione Imperii consistere, paulo accuratius de iis hic in-

12\. quiramus. † Competit enim ipsis negotia Imperii summa cum diligentia in Comitiis perpendere, *Recess. Imp. de Anno 1576. §.* Wenn denn die Churfürstliche Räthe/ Stände &c. Ibi: gegen Uns sich in Unterthänigkeit vernehmen lassen/daß sie sich schuldig erkennen auch gantz geneigt weren/des heiligen

13\. Reichs vorfallende Sachen mit Fleiß zu berathschlagen. † Et vocantur Principes & Status ad Comitia tanquam Principales, & Optimates Imperii, ut iis intersint, ac de summa Impe-

14\. rii deliberēt ac statuant. † Quod ex eo patere videtur, quod ab antiqua vocandi forma, quæ quandam jussionis duritiem præ se ferre videbatur, hoc posteriori tempore fuerit

reces-

recessum. † Et cùm Cæsares vetustiores verbo gebieten/ 15.
heissen/befehlen/ut *in Reform. Frideric. III. Anno 1442.* & in
Außschreiben auff den Reichstag zu Augspurg *Anno 1530.* Carol. V. uterentur, etiam clausulam comminatoriam vocationi adderent dein L. oder du erscheinen alsdann oder nicht/
soll doch mit andern zum Beschluß gehandelt werden/und D.
L. verbunden seyn / was also beschlossen / zu leisten / contra
quam clausulam & Electores & Principes semper potestatos fuisse, refert *Aut. de Comit. August. cap. 1.* † Recentio- 16.
res hanc suam citandi autoritatem non sine maxima
insignis clementiæ laude, blandiori alloquio nunc temperent. *Arum. vol. 1. de comit. disc. 9. th. 10.* ubi addit, *idcirco
magis existimaverim, nec quicquam Imperatori de sua majestate decedere, si ita Status ad comitia vocet, ut non tam citare,
quam rogare videatur, nec statuum jura, privilegia aut libertatem imminui, si venire jubeantur.* † Curam & admini- 17.
strationem Imperii unà cum Imperatore ad status Imperii
pertinere, patet etiam ex eo, quod Imperatoris & Imperii
Consiliarii *in Aur. Bull. tit. 12.* vocentur, ibi: Darumb wir
mit den hochwürdigsten Churfürsten/auch vielen andern Fürsten/uns allerseits berathschlagt und dahin verabscheidet 2c.
† Hanc ob causam etiam ab Imperatore in participationẽ 18.
& sollicitudinem Imperii assumti sunt, ut una cum eo Præside, summo capite, & Domino, de rebus ad tranquillitatem
& salutem Imperii pertinentibus, consultare, deliberare, ac
concludere possint & debeant. *Recess Imper. de Anno 1546.
§.* So wollen wir auff solchen Reichstag 2c. Ibi: mit Rath
und Zuthuung gemeiner Reichs-Stände/ alles das zu Erledigung und Abwendung des heiligen Reichs Beschwerden/und
zu Händlung Fried und Ruhe/Einigkeit und Recht diensilich
und förderlichst seyn möcht abhandelen. Item *Recess Imp. de
Anno 1551. §.* Nachdem wir befunden 2c. Ibi: mit uns die un-

 vollzo-

vollzogenen Punct. zu berathschlagen / zu handeln unnd zu
19. schliessen helffen ꝛc. † Quapropter ita inter Principes & Status conventum, ut regulariter vocati ad Comitia propter negotii gravitatem, personaliter comparere teneantur, *Recess. Imp. de Anno 1545* §. Dem allen nach ꝛc. Ibi: Also daß Churfürsten/Fürsten/ unnd Stände des Reichs in Ansehung der unvermeidlichen des Reichs beschwerlichen Sachē und ob-
20. ligen/selbst in eigner Person erscheinen ꝛc. † Si verò justa aliqua causa personalem præsentiam impediat, per legatos cõparere liberum est, *Recess. Imp. de Anno 1545.* §. Dem allen nach ꝛc. Ibi: die so nicht erscheinen können/sollen ihre vollmächtige Botschafft und Gewalthaber mit vollkommener Gewalt
21. gewißlich schicken. † Ita tamen ut absentiæ suæ causas idoneas exponant, *Recess. Imp. de Anno 1512.* §. Es sollen auch die Churfürsten / ibi: sollen wo Sie in eigner Person zu erscheinen redliche Hinderung haben/dieselbe bey Jhren Glau-
22. ben mit Brieff und Siegeln beteuren ꝛc. † Et hunc in finem Principes & Status Imperii Imperatoris potestati reliquerunt, res si arduæ adsint, sub pœna ad comitia vocare, *Recess. Imp. de Anno 1522.* §. und wiewohl hoch von nöthen ꝛc. Ibi: So haben Wir uns mit Churfürsten/Fürsten und Ständen des Reichs vereiniget/daß alle Stände durch Uns auffs höchste erfordert/und bey hoher Pœn und Straffe gebotē und ermahnet werden sollen/in eigner Person zuerscheinen/ oder wo iemand in eigner Person Ehehafften-Sachen halben nicht erscheinē möchte/alsdenn seine Botschafft mit voller Gewalt zu
23. schicken ꝛc. † Inde etiam tale inter se pactum habent, ut ante comitia peracta, absque licentia & indultu Imperatoris di-
24. scedere nulli liceat Principi. † Hinc Carol. V. Philippi Hass. Landgrav. & aliorum Legatorum discessum è Comitiis Ratisbonensibus ægerrimè tulit, atque indè ad portas Civitatis majores posuit custodias, quas tamen a Mauritio Ele-

Elector. Sax. monitus iterum imminuit, *ut ex Schleid. refert Limn. lib. 9. cap 1. n. 225.* † Personalem etiam Statuum 25.
& principum comparitionem in Comitiis, per quam necessariam esse testatur Ferdinandus Romanorum Rex, constat enim ex Historiis, quàm enixe Anno 1555. cùm per literas, tùm missis internunciis Principes hortatus fuerit, ut quia de gravissimis Imperii negotiis consultandum esset, venirent ipsi, non per legatos rem agerent. † Imprimis au- 26.
tem sollicitavit Augustum Saxoniæ Ducem & Electorem, excelsi animi & summæ sapientiæ Principem, ut ipse ad Comitia accederet, *iterum referente Limn. libr. 9. cap. 1. num. 94.*
† Ex quibus simul liquet, Imperatores modernos a vetere 27.
ad Comitia vocandi formula recessisse, ut supra jam dictũ.
† Quinimò non tantùm in Comitiis Imperii cura ad Prin- 28.
cipes & Status Imperii spectat, sed etiam extra ea, si quid præsciverint, quod in præjudicium & damnum Imperii vergat, revelare astricti sunt, juxta formulam juramenti fidelitatis, quod Imperio præstant, in verb. dessen Ihre Majestät unverzüglich zu warnen/ *ut ex Waremund. ab Erenberg. refert. Myl. in tr. de Stat. Imp. cap. 96. pag. 681.* † Hinc Impe- 29.
rator in inscriptionibus ad Principes & Status Imperii inseparabiliter verbis hisce utitur, Unsern und des heil. Reichs lieben Getreuen. † Nec minus administratio Imperii Prin- 30.
cipibus unà cum Imperatore competens ex eo patescit, quod ipsis, motibus in Imperio exortis, aut aliâ Imperii utilitate suadente, vel etiam rebus in universalibus Comitiis non omnibus expeditis Conventus Deputatorum, vulgò Deputation Tag/ instituere semper liceat. Ejusmodi autem Conventum nomine & vice Imperatoris Elector Muguntinus indicit, ac quoties necessitas Imperii urget, certo temporis spatio Imperatori, ut suos mittat consiliarios, significat, reliquosque Status ac Principes ad hosce con-

 ventus

ventus deputatos invitat, ut citra moram certo conveniant loco. † Locus verò Francofurtum aut Moguntia de-
51. putatus est, Spiræ tamen An. 1600. Ein Reichs Deputation-Tag celebratum fuisse notat *Limn. lib. 9. cap. 1. n. 233.* Hodie quidem Reverendiss. Dn. Elect. Mogunt. aliique Principes Deputati den Deputation-Tag Francofurto Ratisbonam transferre Imperatori Leopoldo semper Augusto variis ex causis denegarunt, ut Acta publica & Rescripta Imperatoris ad Electores & Principes Deputatos varia, quibus ut conventum Ratisbonam transferre velint enixè rogat, satis demonstrant, quorum unicum ad Sereniss. Electorem Sax. transcriptum huc scribere libuit.

Durchläuchtiger Hochgebohrner lieber Oheim unnd Churfürst.

E. L. ist bekand auß was für eingefallenen Bedencken man die Reichs Deputations Handlung zu Franckfurt zu reassumiren die Zeit hero angestanden / und was auch Mich bewogen / daß Ich mit Abordnuug und Instruirung der Meinigen nacher besagten Franckfurt in- und zurück gehalten habe / nicht weniger wird E. L. verläßliche nachricht eingelangt seyn / wie inständig die zu Franckfurt anwesende wenige Gesande / und förderst Chur Mayntz L. selbst darauff dringen und verlangen, daß nicht allein die Deputationsnegotia sondern auch andere in die allgemeine Reichs Securität einlauffende Sachen darbey vorgenommen werden solten. Nachdem Mir nun erst jüngst verwichenen Tagen / über die von Chur Cölln L. vorgeschlagene Friedens-Handlung in Teutschland / die Nachricht eingelangt / daß die Cron Franckreich die Stadt Augspurg ad tractandum beliebt / und deme zu Beförderung dieses heilsamen Wercks so wohl als deren zum Deputation-Tag gehöriger Geschäffte sehr verträglich seyn würde / wenn man allerseits den Reichs Consiliis etwas näher seyn könte /

Mich

Mich aber der Zeit meines Königreichs Ungern Zustand und Angelegenheit, wobey so wohl das Reich und gantze Christenheit / als meine eigene Erblande interessiret seyn/ ermahnen und beruffen/wieder allen unvermutheten Einfall/ und feindlichen Anfall zeitliche Fürsehung zu thun / unnd dahero eine Nothdurfft seyn will / mich auff eine Zeit dorthin zuerheben; Darümb Ich denn nicht gar zu weit von des ReichsNegotiis abseyn / und die meinige erheischender Nothdurfft nach iedesmahl desto eher mit behörigen Verhaltungs Befehlen und Resolutionibus versehen möge; Als hab Ich kein besser Mittel hierzu ermessen können / als daß dieser DeputationConvent naher Regenspurg transferiret werde/sintemahl Sachen dabey vorkommen möchten / die naturâ suâ einen allgemeinen Reichstag erforderten / allda man als einen ohne das hierzu determinirten und wohlbequemen Orthe desto fördersamer dazu gelangen könte. Ersuche demnach E. L. hiermit Freund- unnd gnädiglich / Sie wollen Ihro die Stadt Regenspurg zur reassumtion mehr berührter Deputations-Handlung nicht allein nicht zuwider seyn lassen sondern auch dero Mitt-Churfürsten Chur Mäynts und Cöllens L. L. dahin disponiren helffen/ damit Sie diesen Orth auch Ihres theils nicht difficultiren wolten. Hieran erweisen Mir E. L. nechst deme daß es zu desto mehrer Beschleinigung obberührter Reichs und Friedens Geschäfften gereichen wird/ein sonder angenehmes Gefallen und Ich verbleibe deroselben mit ꝛc. Wien den 30. Januar. 1659.

Leopold.

† Similiter quoque ad reliquos Electores & Principes Deputatos rescriptum est,& præsertim in Rescripto ad omnes Principes Deputatos *de dato* Wien den 8. Jul. *Anno 1659*. Sacr. Cæsar. Majestas eo se obstringit,quod hæc translatio neq; in Reverendiss. Dn. Elect Mogunt. neque ullius 32.

Prin-

33. Principis Deputati præjudicium vergere debeat. † Quapropter inter plerosque Electores & Principes Deputatos ad contestandam erga Sacr. Cæsar. Majestat. observantiam tandem conventum est, ut conventus hic Deputationis Ratisbonam transferri possit, sicut iterùm literæ Imperatoris ad Reverendiss. Elect. Trevirens. invitatoriæ testantur. Ibi: Gleichwie mir nun von der Churfürsten in Bayern/ Sachsen/ Brandenburg und Pfaltz/ L.L. L. L. die Nachricht eingelangt/ daß Sie die Ihrige/ sobald nur die meine Gesandten zu besagten Regenspurg angelangt seyn/ und Sie also von meiner Verordnung beständige Nachricht haben werden / unverlängt dorthin abordnen wolten/ als ersuche Ich E.L. hiermit gantz Freund- und gnädiglich/ Sie wollen Ihre Gesandten nunmehro auch mit den förderlichsten nacher Regenspurg abordnen, und Ich verbleibe E.L. &c. Wien den 22. Junii An-
34. no 1659. † Item etiam liquet ex literis Imperatoris ad 6. Civitates Imperiales ad hunc Conventum deputatas,
35. *de dato* Wien den *8. Jul. Anno 1659.* † Rationes quæ translationem des DeputationTags impediant videre licet ex Epistola Reverendissimi Elector Mogunt. an den Reichs-Vice-Cantzler Graff Kurtzen / *sub dato* Würtzburg den *23. Febr. Anno 1659.* Item ex literis Reverendiss. Elect. Coloniens. ad Sacr. Cæsar. Majest. *sub dato* Bonn. den *16. Febr. Anno 1659.* Rationes verò quod translatio hæc Sacr. Cæsar. Majest. deneganda non sit, colligi possunt ex Epistolâ Sereniss. Elector. Saxon. ad Reverêdiss. Elector. Mogunt. *de dato* Dreßden den *4. Febr Anno 1659.* Item ex literis eines Chur-Sächsischen Raths/ an einen Chur-Brandenburgi-
36. schen *sub dato* Dreßden den *4. Martii 1659.* † Cura Imperii Principibus & Statibus competens ex Conventibus Circulorum vulgò Creyßtäge etiam liquet, eos verò Limn. *lib 9. cap 1. n. 24.* triplices statuit, aut enim omnium Circulorum Duces

Duces conveniunt, alle des Heil. Reichs Craiß-Obriste / ut factum Erphurdiæ Anno 1564. aut aliquot duntaxat conveniunt circuli, aut unius membra tantum. *Recess. Imper. de Anno 1555. §.* Im fall aber berührter ꝛc. † Ejus modi verò 37.
conventus indicendi potestatem cujusque circuli Dux qui vulgò Craiß-Oberster vocatur, habet. Sicut in superioris Saxon. circulo potestas hæc Serenissimo Electori Saxon. competit, ut conventus circulatis Lipsiæ mens. Octobr. Anno 1656. celebratus satis testatur. † Estque ejusmodi 38.
conventibus partim certus terminus datus, quotannis enim quilibet Circulus celebrare debet zwey Probation-Tage / vel unum tantum, Keysers Ferdinandi neue Müntz-Ordnung / *de Anno 1559. §.* und damit diese unsere ꝛc. in quo suscipi debet, die Rechtfertigung der gemeinen Reichsmüntze / *dict. §.* und damit diese unsere ꝛc. darinn die gemüntzte Sorten wie sich gebühret / probieret / unnd was ferners in Müntz-Edict und dessen Verbesserung versehen / verricht werden soll. *Recess. Imper. de Anno 1576. §.* Setzen also demnach ꝛc. de quo in dicto Conventu Lipsiæ celebrato etiam satis superque tractatum fuisse, das Churfürstliche Sächsische Müntz-Mandat in Provinciis Electoralibus *die 1. August. Anno 1659.* publicatum abunde testatur. † Partim autem hisce Con- 39.
ventibus terminus datus non est a lege, nisi quem necessitas ipsa aut utilitas circulis præscribit. † Sufficiant hæc de 40.
administratione Imperii Principibus & Statibus unà cum Imperatore competente, de reliquis eorum juribus uberiùs indagandum erit.

XI.

† Horum verò ultimum non esse videtur, quod Im- 1.
peratori ad judicium vocanti extra Germani Imperii limites comparere non teneantur, *ut ex Cranz. refert Limn. lib. 4. cap. 8. n. 8.* † Quod & Sigismundus Imperator testatur, 2.

D in

in Epistolâ quâdam *de dato Ulmæ Anno 1434. 28. Jul* ad Concilium Basileense, quâ petit, ut causa, cujus cognitio ad se pertinebat, ad Concilium delata, remittatur, nam intra fines Germaniæ de causis & quæstionibus Principum Ger-
3. maniæ ex stylo Imperii judicandum esse. † Ad hoc etiam Imperatores in Capitulationibus adstringuntur, *vid. Capitulat. Leopoldi, §. 18.* Ibi: Auch sollen und wollen wir die Churfürsten / Fürsten unnd andere Stände des Reichs mit rechtlichen oder gütlichen Tägleistungen ausserhalb Teutscher Nation, und von ihren ordendlichen Richtern nicht tringen/
4. erfordern / oder vorbescheiden 2c. † Hinc Elector Brandeburg. & Palatinus Neoburg. Pragam ab Imperatore citati non comparuere, & nullitatem citationis hujus, verbis hisce monstrare conati sunt. Ob wohl Prag ein Orth im Reich/ so ist es doch im Reich Teutscher Nation nicht gelegen/ dahero sich die Keyserliche Majestät nie unterstanden / dahin einen Reichstag zu legen / oder streitende Partheyen zu vertragen / dessen ihre Majestät ausser dem Reich Teutscher Na-
5. tion auch nicht befugt. † Imperatoribus verò hac de re semper aliud visum fuit, uti ex Responso Imperatoris Rudolphi II *20. August. Anno 1601.* Legatis nonnullorum Imperii Statuum dato apparet. Ibi: Ihre Keyserliche Majestät wolten nicht gerne/ daß in Zweiffel und Disputation gezogen werden/ unnd fremden Nationen fürkommen solte / ob die Cron Böhmen ausser oder inner des Römischen Reichs
6. gelegen sey 2c. † Rationes quas Imperator ibi addit, videri possunt apud *Limn. in Addit. ad lib. 4. cap. 8 n. 87. pag. 614.*

XII.

1. De judice & judicio ubi Principes & Status Imperii conveniri possint, variæ sunt variorum opiniones, quas apud *Adrian Gylman lib. 1. decis. Camer. 46. Myns. sing. 4. observ. 89. Coler. de jur. Imper. conclus. 24. Gail. 1. observ. 1. Limn lib. 4.*

cap 8.

cap. 8. Myler. in tr. de Stat. Imper. cap. 20. & alios quamplurimos videre licet. † Hoc unicum hîc notari velim, quod 2.
hodiè Imperator in causis quæ Principum ac Ordinum Imperii corpus, honorem & Feuda concernunt, non nisi cum Principibus & Statibus Imperii judicare possit ac debeat, de cujus modo in proximis comitiis tractare inter Imperatorem & Status Imperii conventum est, ut *ex Instrum. pac. art. 8.* patescit. † Quinimò Imperatorem non 3.
nisi cum consensu Principum & Parium Curiæ in hujusmodi causis judicare posse, testatur Sigismundus in literis ad concilium Basileense *supra jam allegatis*, ubi apertè declaravit, controversiam inter Fridericum Saxoniæ Ducem, & Henricum Lauenburgicum, Electoratus Saxonici causa spirantem, malè ad concilium delatam, ejusque cognitionem & determinationem, more Imperii ad suum & Parium Curiæ judicium remittendam esse, ut refert *Limn. lib. 2. cap. 9. n. 33.* † Non minùs etiam hoc patet, ex instructione 4.
Heinrici Bavariæ Ducis, quâ suis legatis injungit, ut diligenter observent, an judicium mit Fürsten oder gefürsteten Personen besetzt/ nec ne? und wenn es mit denselben also besetzt/ daß Sie dasselbe nicht wohl recusiren mögen/ so sollen sie darin willigen; wenn es aber dem alten Herkommen und Ordnungen gemäß nicht besetzt/ so sollen sie wider dasselbe excipiren und es decliniren, plura hac de re videri possunt apud *Limn. dict. loc.* † Quousq; Imperatoris potestas in tali judicio 5.
hodiè restricta sit, patet *ex Capitul. Leopold. §. 28.* quem huc scribere libuit. Wir sollen und wollen auch fürkommen und keines weges gestatten/ daß hinführo jemanden/ hohen und niedern Standes/ Churfürst/ Fürst/ Stand oder anderer/ ohne rechtmässige und gnugsame Ursach/ auch ungehört und ohne Vorwissen/ Rath unnd Bewilligung des Heiligen Reichs Churfürsten/ welche sich des Wercks nicht theilhafft

gemacht / in die Acht und Oberacht gethan / gebracht oder erklärt / sondern in solchen ordentlicher Proceß gehalten unnd vollzogen werde/wie es deßhalben bey den künfftigen Reichs-Tag wie reservirt worden/von Churfürsten/ unnd Ständen

6. de modo & ordine verglichen werden möchte. † Imò Sacra Cæsarea Majesta[s] cum Electoribus, Principibus, & reliquis Statibus Imperii eò convenit, ut etiam de crimine Principis aut Status notissimo, adeò, ut etiam ulteriori inquisitione & processû opus non fuerit, absque tamen eorum consensu judicare nec velit, nec debeat, ut iterùm expressa capitulationis verba ostendunt. Ibi, Ob wohln es dann nicht eben eines sonderbahren Proceß von nöthen / so wollen wir iedoch auch in diesen Fall mit Zuziehung des Heiligen Reichs erst gemeldter massen ohn interessirter Churfürsten/ehe unnd bevor wir zu der würcklichen Achts-Erklärung schreiten / communiciren/und ohne deren erfolgten Rath und außtrückliche Einwilligung nicht verfahren.

XIII.

1 † Ultimas jurium Principum & Statuum Imperii etiam non tenet, quod ipsis jure licitum sit, fœdera inter sese inire, *juxta Aur. Bull. tit. 15.* Ibi, Jedoch die Gesübd unnd Bündnüß/so die Fürsten/Stände und andere wegen gemeinen Landfriedens auffgerichtet außgenommen *etc.* *Ordin. Cam.*

2. *part. 2. tit. 9. §.* So iemands *etc.* † Est verò fœdus pactio publica inter personas illustriores, Populos vel Civitates de mutuis auxiliis præstandis, ac pace ineunda vel conservanda, aut aliâ commoditate communicanda solenniter con-

3. venta. † Solent autem fœdera pangi vel pro defensione Religionis, quale fuit fœdus Schmalkaldicum, & Principum ac Civitatum Protestantium unio, vulgò der unirten und correspondirenten Fürsten und Stände. Interdum etiam fœdera panguntur pro defensione jurisdictionis

torri-

territoriorum, ita ut confœderati mutuis auxiliis juventur, vel ad profligandam subditorum rebellionem, aut barbariem exterorum bella inferentium extirpandam, vel ad religionem, libertatem, bona &c. defendenda, vel ad justè sibi debita occupanda, aut injustè ablata recuperanda. † Et 4.
nihil frequentius in Historicis Germaniæ legitur, quam ejusmodi fœdera inter Principes & Civitates pacta. *ut ex Limn. refert Nicol. Myler. in tractat. de Stat. Imper. cap. 17. pag. 152.* † Proinde cùm præteritis temporibus a qui- 5.
busdam hæc confœderandi libertas Principibus & Statibus ab antiquo possessa cum maxima Germanicæ libertatis diminutione in dubium vocaretur; ideò in Instrum. Pac. omnes istæ malevolorum objectiones amputatæ fuerunt. *Instrum. Pac. art. 8. §. gaudeant. Ibi Cumprimis verò jus faciendi inter se & cum exteris fædere pro sua cujusque conservatione ac securitate singulis Statibus perpetuo liberum esto &c.* † Hac tamen limitatione Principibus & 6.
Statibus potestas hæc permissa, ut nihil in præjudicium Imperatoris & Imperii contrahant, ut etiã hac de re *in Instrum. pac. dict. art.* provisum. Ibi. *Ita tamen ne ejusmodi fædera sint contra Imperatorem & Imperium, pacemq; ejus publicam. Vide Reinking. lib. 2. Class. 3 cap. 3 n. 27.* Quod & probant communes clausulæ hujusmodi fœderibus insertæ, his vel aliis formalibus doch die Römische Keyserliche Majestät ausgenommen/unnd derselben aller gebührender Gehorsam vorbehalten seyn soll. Item, mit Außnahm und Vorbehalt der jenigen damit man der Keyserlichen Majestät als den Oberhaupt verbunden. *Limn. lib. 4. cap. 8. n. 25.* Notandum hîc, quod cùm Imperium excipiatur, non propterea etiam Imperatorem excipi, si contra Imperium Germanicum & Principum ac Statuum libertatem manifestè peccet, sicut Germani Principes cum Heinrico II. Rege Francorum

 pro

pro Imperii Germanici libertate tuenda contra Carolum V. Imperatorem fœdus inierunt. *Limn. in addit. ad lib,*
7. *4. cap. 8. num. 25.* † Fœdera celebriora quæ hodiè extant sunt fœdus Schmalkaldicum cujus ineundi primam quæstionem institutam esse *mense Novembr. Anno 1529. ait VVarem. ab Eremberg.* Ejusque formula sit concepta *Anno 1530. mens. Decemb.* cui tamen utrique re-
8. sistit Hordlederus. † Nam & tribus annis antè de ineundo fœdere solicitatos fuisse Norimbergenses, constat *ex ipsorum literis datis Anno 1526. 15. Febr.* quibus Senatus ad Johannem Ducem Saxoniæ & Philippum Hassiæ Land-
9. grav. se excusat; † Deinde notum quoque est, primum fœdus Evangelicum iniisse Johannem Ducem Elector. Sax. & Philipp. Hass. Landgrav. *Anno Christi 1526.* Mittwoch nach Cantate. Quod renovatum est Magdeburg. eod. anno die 25. Junii eique sese associaverant Johan. Frideric. Filius, Philippus Otto, Ernest. & Francisc. Lunæburgenses, Henric. Megalburgicus, Wolffgang. Dux Anhaltinus, Gebhardus & Albertus Mansfeldici, und die alte Stadt
10. Magdeburg. † Præterea in eadem causa fœdus contraxit Johannes Elector, cum Alberto Brandenburgensi zu Kö-
11. nigsberg/ *die Michael. Anno 1526.* † Cujus rationem *Sleidan.* ita recenset. *Cùm scil. Anno 1529. Spiræ fuerat decretum, à Cæsaris edicto standum esse usq; ad concilium, iisq; qui religionem mutarant, in posterum nihil innovent, tunc statim sese opposuisse Electorem Saxon. Brandenburg. Lunaburgicos, Hessum & Anhaltinum, eo quod superiori conventu Anno 1526. sua unicuiq; religio libera concessa fuisset. Sleid. lib. 6. fol.*
12. *171.* † Fœdus autem ipsum, de quo jam ante *Anno 1526.* non solùm cum Norimbergensibus, ut supra dictum; verum etiam cum Argentinensibus & Augustanis deliberaverant, *testante Sleid. lib. 6. f. 150.* cumque nonnullis etiam Torgæ
&

& Magdeburgi convenerant, Schmalkaldiæ jam renovant & pangunt, Johannes, & Johann. Frideric. Duces Saxon. Philipp. Ernest. & Francisc. Duces Lünæburgici, Philipp. Landgrav. Hassiæ, Wolgang. Anhaltinus, Gebhard. & Albrecht. Mansfeldici. Item Straßburg / Ulm / Costentz / Reutling / Memming / Lindau / Biberach / Jßni / Lübek / Magdeburg & Bremen / und ist das Datum Montags nach invocavit, *Anno 1531*. † Capita Pactionis recenset *Chytr. in supplement. Kranz.* & meminit *Sleid. lib. 7. f. 204.* his verbis. 13.
ubi Schmalkaldiam omnes venerunt, fœderis concipiunt formulam, non quidem offendendi quemquam, sed sui defendendi causa. † Et tandem *An. 536. die Michael.* idem fœdus renovatur, & prioribus accesserunt Ulricus Würtenbergensis, Barnim. & Philipp. Duces Pomeraniæ, Augusta, Francofurtum, Eslinga, Campodunum, Brunsvicum, Goslaria, Hannobria, Göttinga, Eimbecum, Hamburgum & Minda, *Sleid. lib. 2. n. 9. f. 205.* † Cum Dano etiam, qui *eodem die* 14.
Anno 1536. cum Saxonicis religionis causa pepegerat, fœdus renovatur, *Anno 1538.* Dinstag nach *Judica*. † Huic 15.
autem Schmalkaldico contrarium fœdus inierunt, Carolus Cæsar, Ferdinand. Rex, Albert. Moguntinus, Matth. Salsburgensis, Georg. Dux Saxoniæ, Wilhelmus & Ludovicus Bavari fratres, Ericus Junior & Senior Brunsvvicenses, de quibus videri potest *Hordleder de bell. Germ. lib. 8.* † Fœdus etiam speciale Schmalkaldico contrarium iniit Pontifex Rom. cum Carolo Imperatore *Anno 1546. die 28. Junii* cujus formula extat apud *Goldast.* in Reichshändeln / 16.
pag. 130. Et hæc de fœdere Schmalkaldico. † Inter 17.
fœdera hodie celebriora meritò etiam refertur Unio Principum protestantium, & Civitatum, quæ simpliciter vocatur die Union / quæ multis jam ab hinc annis constitit inter Principes protestantes. † Occasione verò Controversiarũ 18.
19.

Dona-

Donavvert. & Juliac. uti & instructæ a parte Pontificiorum militiæ Passaviensis & Argentinensis, Halæ Suevorum *Anno 1610.* arctius confirmata, cujus rationem & finem colligere licet aus den gemeinen Außschreiben der unirten Churfürsten / Fürsten und Stände des Heiligen Reichs / aus was Ursachen Sie sich in eine engere Verein und correspondenz zu begeben bewogen worden / *de Anno 1610.* † Quâ unione

20. non solum, Reformati sed & Lutherani Principes comprehensi, paucis exceptis, in specie verò Electores Brandenburg. & Palat. Principes Palatin. Bipont. Neoburg. (qui tamen hodie exclusus) Brandenburg. Culmbac. & Onolsbac. Würtenbergici, Hass. Badenses, Anhaltini, Comites

21. Ottingenses & plerique Wetteravici. † Ex Civitatibus, Argentina, Ulm / Nürmberg / Worms / Speyer / Nördlingē / Hall in Schwaben / Heilbrunn / Rothenburg / Weissenburg am Rhein / Landau / Memmingen / Schweinfurth / Winds-

22. heim / Weissenburg in Nordgau / & aliæ. † Et hi Status vocantur incorporati, quibus ratione correspondentiæ alii adhuc multi accedunt, de quibus videri potest Relatio de conventu Rotenburgico *Anno 1611. apud Theod. Meurer. in relat. histor. autumn. de eod. Anno.* Vide Catal. der unirten Churfürsten und Ständen / so *Anno 1615.* zu Nürnberg auff dem Correspondens Tag erscheinen / *apud Meurer. in relat.*

23. *Vern. ejusd. anni.* †. Iisdemque paulo ante obitum suum nomen dederat Henricus IV. Galliæ Rex, welche Verbündnüß hernach von König Ludovico XIII. und seiner damahls Regentin Frau Mutter / gebilligt und eingangen worden / als der Hertzog von Zweybrük / wegen der an jetzt verstorbenen König begangenen Mordthat das Leyd zu klagen in Franckreich ankommen.

24. † Notissima etiam sunt pacta seu Erbverträge so die Crohn Böheim mit dem Hause Sachsen und andern auffgerichtet.

richtet. de quibus *Melch. Goldast. in Bohem. libr. 6. cap. 18. in fin.*
Nec non celebratissimum istud fœdus, longa annorum serie inter Serenissimæ ac Illustrissimæ Saxoniæ, Brandenburgicæ atque Hassiacæ familiæ Principes hucusque continuatum. † Et fœdus hoc longe antiquissimum esse om- 25.
nibus constat, licet seculum atque annus, quo primum id factum, non satis constet. † Ac monumenta quidem pro- 26.
dunt, fœdus inter Saxoniæ & Brandenburgensium Illustres familias sancitum esse Norimbergæ *Anno Christi 1451. die Mercurii post conversionis S. P festum.* † Cui fœderi se post 27.
adjunxit Hassiæ Landgravius Ludovicus, suis cum heredibus, *Anno 1457. Naumburgi die Sabbath. post Dominic. Misericord. Dom.* † Ac post ejus mortem sese associarunt filii 28.
ipsius Ludovicus ac Henricus, *Anno 1461. die Jov. post Fest. S. Andr.* † Ac renovatum legimus hoc fœdus primo No- 29.
rimbergæ *Anno 1487. die Mercur. in vigil. Ascens. Dom.*
† Deinde in Civitate Ziticensi *Anno 1537. die Mercur.* vel ut 30.
alii volunt *die Lunæ post Domin. Judic.* Tertio Naumburg. *Anno 1555. die 9. Mart.* † & iterum eodem loco *Anno 1587.* 31.
die 5. Jul. † & denique iterum Naumburg. *Anno 1614. die* 32.
29 Mart. † Et forma fœderis, quantum notum est, immu- 33.
tata permansit semper, excepto illo capite, quo tractatur de illis, contra quos fœdus hoc valere non debeat, vel qui ab hoc fœdere excipiantur. † Ac olim quidem excipiebantur 34.
Imperator Romanus & Papa, illudque in renovatione *Anno 1537.* limitatum legimus, in posterioribus autem renovationibus Papæ nomen omissum, ut hodie etiam contra eum fœdus valeat, excipiatur autem solus Imperator, ut satis clare monstrant verba renovationis *Anno 1537.* † Et 35.
notatu dignum, promissionem & juramentum, à Confœderatis qui nondum juraverant, in conventu Numburgensi *Anno 1614.* hoc ordine & modo susceptum ac præstitum,

fuisse. *Referente Limn. in Addit. ad libr. 4. cap. 8. n. 25. Elector Brandenburgensis, Saxoniæ Duces, Johannes Casimirus Coburgensis, & Johannes Ernestus Isenacensis, nec non legatus Landgravii Hassiæ, lineæ Casselanæ, quoniam hujus Principalis, & illi ante hunc conventum juraverant, separatim à cæteris & ex opposito eorum qui nondum juraverant, stabant, ubi postquam Elector Brandenburgensis, suo ore, proponenda proposuerat, ex illis qui nondum juraverant, Elector Saxoniæ primus ad eum accessit, & ipsi, cæterisq; qui juraverant, porrecta manu promisit, se capitulis confœderationis satis facturum, & postea etiam illis, qui nondum juraverant, observato ordine quo stabant, singulis manum porrexit, & rediit ad locum suum. Hunc, ex cæteris quilibet eadem solennitate secutus, & imitatus est. Quo peracto Elector Brandenburgicus, ipsemet, formulam juramenti prælegit illis, qui nondum juraverant, in quam jurarunt omnes illi, erectis ad cælum tribus digitis, prout jurantium mos est.* Formulam juramenti *eod. loco re-*

36. *fert pag. 607.* † Sed an i. huc etiam referri possit? ista confœderatio quam hodiè inter se habent Sacra Cæsar. Majestas, & Rex Poloniæ, uti patet Auß den Bericht welchen der König in Ungarn und Böhmen außgehen lassen/ warumb er seine Völcker den Pohlen zu Hülff ziehen lassen / *sub dato* Wien den *15 Maji Anno. 1657.* Cui Rex Daniæ & Serenis. Elector Brandenburgicus, nec non Belgæ accesserunt ut satis testatur Exercitus quem hodie in Dania conjunctis vi-

37. ribus alunt. † Deinde confœderatio illa quam quidam Electorum, Principum & Statuum Imperii Francofurti cum Rege Galliæ & Sveciæ inierunt, cujus confœderationis directorium Reverendiss. Electori Moguntino competebat, ut patet ex inscriptione der newen Bundvergleichung zwischen den Nieder Rheinischen Chur- und Fürsten &c. *sub dato*

38. Franckfurth am Mayn/ den *10. August. Anno 1658.* † Quem-

in

in finem confœderatio hæc inita fuerit, & quousque extendenda sit, colligi potest *ex literis* der sämtlichen *Alliirten* Abgesandten *ad Sacram Cæsar. Majestat. datis* zu Franckfurth den *14. August. Anno 1658.* † An autem ab Imperatore approbata & pro licita habita fuerit, etiam patet ex Epistola. *Sacr. Cæsar. Majestat. ad Episc. Bambergensem sub dato* Wien den *22. Juannar. Anno 1659.* Verumenimvero circa hæc noviora fœdera fortè non expedit in cathedrâ Academicâ judicium nostrum interponere, unde abstinemus, & ad alios remittimus.

XIV.

† Principum & Statuum Imperii Juribus non immeritò annumeratur Jus erigendi Academias in suis territoriis. † Cùm enim in universa Europa olim unica saltem Academia, Parisiensis nempe erat, Inde Germani liberos Lutetias mittere coacti fuere, & licet olim Monasteria in quolibet Episcopatu instituta legimus, in quibus juventus informari possit, male tamen Monachi hoc officio functi fuere, hinc ne omnis corruat literatura, Academias in Germania institutas fuisse refert *Limn. lib. 8. cap. 1. n. 24 & seqq.* de quo etiam videri potest *Nobiliss. Dn. Præses in Disp. de Privileg. Stud. Thes. 2.* † Et olim quidem potestas hæc Academias instituendi soli Imperatori reservata erat, progressu tamen temporis Principibus & Statibus Imperii concessam esse nemo ignorat, hac tamen limitatione & restrictione, ut confirmare & privilegiis donare non possint, sed semper earum confirmatio ab Imperatore petenda sit, adeo, ut etiam in judicio Camerali nullus, nisi in Academiis ab Imperatore approbatis promotus admittatur. *Ordin. Cam. part. 1. lib. 3. 4.* desgleichen sollen ꝛc. Ibi: die Universiteten welche zum wenigsten von unsern Vorfahren/ Römischen Keysern unnd Königen/ der itzigen Keyserlichen

1.
2.
3.

 Maje-

4. Majestät ꝛc. oder uns *confirmiret*. † Licet quidam sint, qui hoc ad Academias a Pontifice non approbatas trahere velint, quos contrariis refellit exemplis *Nobiliss. Dn. Praeses in*
5. *dict. Diss. Thes. 2. Limn. lib. 8. cap. 1. n. 32.* † Hanc autem potestatem Academias erigendi Serenissimis Ducibus Saxoniae competere testantur tres illae per totum fere Orbem celeberrimae Universitates, Lipsiensis nempe, Jenensis &
6. Wittebergensis. † Hinc nullam in Germania provinciam reperias, ubi studia magis vigeant ac floreant quam in ter-
7. ris Saxonicis. † Lipsiensem verò a Friderico I. ex Familia Marchionum Misnensium Electore Saxon. primùm conditam, *Anno Christi 1409.* privilegiis à Pio II Pontifice Rom. munitam, & postea *Anno 1412.* ab Alexandro V. corroboratam, *Anno autem 1547.* ab Imperatore Carolo V. confirmatam, pluribusque privilegiis donatam ac munitam
8. esse, omnes consentiunt Historici. † Eamque Wittebergensi privilegia quod attinet, longe celebriorem esse, ex eo saltem, si plura non adessent, pateret, quod in Lipsiensi singulae quaeq; Facultates pro Schrifftsassiis habeantur, quorū jure omnes demum facultates conjunctim consideratae, seu totum universitatis Wittebergensis collegium gaudet.
9. † Nec minus Academiae Lipsiensis praerogativa ex eo patescit, quod collegium alicujus Facultatis Lipsiensis coram Rectore & universitate conventum, forum declinare, & ad Judicem suum Ordinarium primę instantiae, Consistorium nempe supremum Dresdense, vel potius Senatum Electo-
10. ralem Ecclesiasticum provocare possit. † Quam exceptionem opponere non valent collegia Facultatum in Academia Wittebergensi, quia ut dictum non gaudent jure Schrifftsassiorum, sed Rectorem totius Academiae nomine jus dicentem pro Judice agnoscunt competente, adinstar Nobilium seu Magistratuum Amtsassiorum, qui forum

forti-

sortiuntur in Præfectura Electorali, nec Judicem primæ instantiæ Curiam Provincialem vel Senatum Appellationum sibi obtrudi patiuntur, cum econtra Schrifftsassii conventi in Curiis provincialibus vel judicio Appellationum supremo causam suā ventilare & sententiam ibi expectare teneantur. Ceu patet ex Ordinat. Provincial. de Anno 1550. tit. Wer vor das Ober-Hoffgericht möge geladen werden. vers. So mag auch ein ieder ꝛc. † Plura privilegia quibus 11. Academia Lipsiensis gaudeat, scire qui avet, adeat, *Magnif. Dn. Carpzov. lib. 2. Jurisprudent. Consist. tit. 25. de rebus & Jurib. Academ.* † Et quanti Serenissimi Electores & Duces 12. Saxoniæ Academias suas semper habuerint, patet ex Epistola Serenisss. Elector. Sax. Johan. Georg. I. Gloriosſ. memor. *sub dato* den *5. Decembr. Anno 1627.* † Imprimis vero 13. ex verbis Sereniss. Johan. Friderici felic. memor. quibus Academiam hanc Salanam vocat Einen empfangenen Schatz/der in hohen Ehren zu halten/nec minus ex Oratione quam die 2. Februar. Anno 1558. cum hujus Academiæ privilegia a Rege Ferdinando impetrata publicarentur, habuit; uti eam refert *Nobiliss. Dn. Præses in Disp. de privileg. Studios. thes. 2.* † Plura adhuc de Academiis quam nempe 14. jurisdictionem Professores in Studiosos exerceant, & quibus privilegiis Studiosi gaudeant, & alia tractanda essent, sed quia *Nobiliss. Dn. Præs. in Disp. de privil. Studiosor.* hanc materiam ex professo tractavit, merito nos ad eam remittimus, & hoc loco omnes quæ extant & nobis cognitæ sunt, Academias, ordine alphabetico recensemus. Est vero condita.

† Altorfina a Senatu Reipubl. Norimb. Anno CIↃ I. IↃ LXXV. † Andegavensis in Gallia a Ludovic. I. Duc. 2. Andegav. Reg. Sicil. cujus Annus non extat. † Argenti- 3. nensis a Senatu Argent. A. CIↃ CCC LXI. † Aurelianensis 4. in Gallia a Philipp. Reg. Gall. A. CIↃ CCC XII. † Basileensis 5.

6. a Senatu Basil. A. CIↃ CCCC LIX. † Bononiensis in Italia.
7. a Theodos. II. Imper. An. CCCC XXIII. † Cantabrigiensis
in Angliâ a Sigisbert. Oriental. Anglor. Rege. An. IↃC XXX.
8. † Coloniensis ad Rhen. a Senatu Colon. An. CIↃ CCC LX-
9. XXVIII. † Complutensis in Regn. Castell. a Frid. Xim.
10. Archiepisc. Tolet. A. CIↃ IↃ XVII. † Conimbricensis in
Hispania a Johan. II. Reg. Portugal. Annus non constat.
11. † Cracoviensis in Polonia à Casimiro II. Reg. Polon. A.
CIↃ CCC LXIV. confirmata ab Uladislao Jagellone An. CIↃ
12. CCCC. † Dillingana ab Ottone Truchsess: Walpurg. E-
13. piscopo August. & Cardinal. Annus non constat. † Do-
lana in Burgund. a Philipp. Duc. Burgund. An. CIↃ CCCC
14. XXVI. † Duacensis in Belg. a Philipp. II. Reg. Hisp. An-
15. nus non extat. † Erphordiana a Dagoberto Francor. Reg.
16. & Bonifac. IX. privilegiis ornata A. CIↃ CCC XCI. † Fran-
cofurdiana ad Oderam a Joachimo I. Elect. Brandeb. An.
17. CIↃ IↃ VI. † Friburgensis in Brisgoja ab Albert. VII. Ar-
18. chid. Austr. A. CIↃ CCCC LX. † Giesena a Ludov. Hass.
19. Landgrav. A. CIↃ IↃC VII. † Gryphisvvaldiana ab Ura-
20. dislao IX. Duc. Pomer. A. CIↃ CCCC LVI. † Granatensis
in Hispania a Ferdin. Talabricensi, quo anno non extat
21. † Haffniensis in Dania a Christ. III. Reg. Dan. An. CIↃ IↃ
22. XXXIX. † Heidelbergensis a Ruperto Ruffo Elect. Palat.
An. CIↃ CCC XLVII. confirmata An. CIↃ CCC LXXXVII.
23. † Herbipolensis a Johan. Episcopo. Anno CIↃ CCCC III.
24. † Hispalensis in Hispania a Roderic. de S. Ælia Annus non
25. constat. † Jenensis a Joh. Friderico I. Elector. Sax. An. CIↃ
26. IↃ LVIII. † Ingolstadiana a Ludovic. & Georg. patre & fi-
27. lio Duc. Bavar. A. CIↃ CCCC LXXII. † Julia Helmstadi-
28. ensis a Julio Duce Lünæburgensi. A. CIↃ IↃ XXVI. † Lei-
29. dana Batavorum. An. CIↃ IↃ LXXV. † Lipsiensis a Frie-
30. derico I. Elect. Sax. A. CIↃ CCCC IX. † Lovaniensis in Bra-
bantia,

bantia, a Joh. Duc. Brabant. A. IↃ CCCCXXVI. † Lugdu- 31.
nensis in Gallia. A. IↃCCC XXX. † Lindifarnensis in Angl. 32.
ab Osvvaldo Northumbror. Reg. IↃC XL. † Marpur- 33.
gensis a Philippo Landgrav. Hass. A. CIↃ IↃ XXVI. † Mo- 34.
guntina a Diethero Isenburg. Archiepisc. Mogunt. A. CIↃ
CCCC LXXXII. † Montispessulana in Gallia. A. CIↃ C 35.
XCVI. † Oxoniensis in Anglia ab Alfredo Reg. Gall. quo 36.
anno non constat. † Parisiensis a Carol. M. A. IↃ CC XCI. 37.
† Patavina in Italia a Friderico II. Imper. An. CIↃ CC XXI. 38.
† Perusia in Hetruria. A. CIↃ CCXC. † Pisana in Italia a Lau- 39
renr. Medic. Pr. Florent. A. CIↃ CCC XXXIX. † Pragensis a Ca- 40 41.
rol. IV. Imp. A. CIↃ CCC LXI. † Regiomontana Borusso- 42.
rum ab Albert. I. Duc. Boruss. A. CIↃ IↃ XLIV. † Rintelia- 43.
na ab Ernest. Com. Holsat. A. CIↃ IↃCXXI. † Rostochiensis 44
a Johanne & Albert. primis Ducibus Megalburg. & Senat.
Rostoch. A. CIↃ CCCC XV. † Sanctandreana in Scotia An. 45.
CIↃ CCC XI. † Senensis in Italia a Pio II. Pontif. A. CIↃ CCC 46.
LXXXVII. † Ticinensis in Italia A. Carol. M. fundata A. IↃ 47.
CC XCI. instaurata A. CIↃ CCC LXI. † Toletana in Hispania a 48.
Frid. Alvaro. Annus non extat. † Tübingensis ab Eber- 49.
hardo Würtenbergico. A. CIↃ CCCC LXXVII. † Wiennensis 50.
in Austria a Rudolph. & Alberto III. A. CIↃ CCC LXI. † Wit- 51.
tenbergensis a Friderico III. Elect. Sax. A. CIↃ IↃ III.

XV.

† Ad jura porro Statuum & Principum Imperii me- 1.
rito referre poteris pacta illa successoria, seu fœdera here-
ditaria, vulgò Erbverbrüderungen/ quæ inter se pangere so-
lent; † Estque tale pactum nihil aliud, quam duarum vel
plurium illustrium familiarum autoritate Imperatoris, ju- 2.
risjurandi religione firmata conventio, ut una familia quo-
ad masculos heredes extincta, altera statim succedat, om-
niumque defuncti bonorum consequatur jus atque do-
mini-

3. minium. † Et sunt alias pacta hæc successoria varia nos
4. hîc in universalia & particularia dividimus. † Illa sunt, in quibus de omnibus Principatibus, universoque patrimonio ab utraque parte fit dispositio, ut *ex pact. inter Sereniss. Duces Sax. cum Illustriss. Landgrav. Hass.* inito patescit, quod ab utraque parte universale, & ad omnes Principatus
5. universumque patrimonium directum est. † Hæ autem sunt, quæ non ad universa bona, sed ad certum Principatum certamque ditionem diriguntur, ut iterum *ex pacto successorio Sereniss. domus Saxoniæ & Principum Henneberg.* paret quod ex parte quidē Principum Hennebergensium universale, ex parte vero Sereniss. Ducum Saxon. ad Ditionem saltem Coburgicam restrictum fuit. Ut vult Schön-
6. born. *2. patet. 13.* † Rationes cur pacta hæc inter Principes & Status Imperii ineantur refert *Myler. in tract. de Stat. Imper. cap. 25. pag. 266. thes. 10.* quarum primam ratione Paciscentium esse ait, ut ex mutua successione & concordia familiarum splendor & prosapia conservetur, *ut verba Pact. confraternitatis Illustrium Sax. & Henneberg. Princip. in-*
7. *nuat.* † Alteram verò esse, ut Provinciæ illustres in manibus illustrium familiarum bene de Imperio Romano me-
8. ritarum remaneant. † Quoad subditos verò, ne illi alienis & peregrinis Dominis subjiciantur, juxta *verb. literar.*
9. *Contract. inter Sax. & Henneberg.* † Ad ejusmodi autem pacta semper Imperatoris consensus requiritur. *Nobiliss. Dn. Præses in dictat. ad jus publ. quæst. 72. Reinking. lib. 1. Cl. ß. 4. cap. 18.* Adeo, ut confirmatione hâc olim neglectâ in simili pacto Principum Anhaldinorum cum Marchionibus Brandenburgicis, repulsam tulerint Anhaldini, cum mortuo Woldemaro Brandenburg. sine liberis, Marchiam pe-
10. tiissent. † Sic etiam pactum successorium inter Electorem Brandenb. & Ducem Lignicensem a Ferdinando II. Impe-

ratore

fratre cassatum fuisse *ex Goldast. de Regn. Bohem.* refert *Myler. in tract. de Stat. Imp. cap. 25 p. 271.* † Et impetratâ hâc 11.
Imperatoris confirmatione pangere possunt Principes de omnibus Feudalibus & Allodialibus bonis. *Nobiliss. Dn. Praes. loc. citat.* † Ac ne ejusmodi pactis libera testandi po- 12.
testas Principibus eripiatur, summa quaedam excipi solet, de qua confrater testari possit, *Nobiliss. Dn. Praeses dict. loc.*
† Summam etiam excipere solent contrahentes, qua filias 13.
a pactis penitus exclusas dotare possint, uti cautum est in Confratern. Hass. Sax. *de Anno 1587.* ut postremus ex alterutra harum familiarum usque ad summam 30000. Aureorum pro arbitrio testari possit, in bonis tamen mobilibus, ut constat ex verb. Doch soll dasselbe Testament über 30000. Gülden nicht seyn/auch nicht mit einen Schloß/Stadt oder Dorff/sondern aus fahrender Haab gemacht und gesetzt seyn.
Antea reservata tantum erat summa 10000. aureor. † Ra- 14.
tione dotis in eadem confraternitate cautum est, ut si plures adsint filiae, successor singulis 24000. aur. pro dote solvere teneatur, si una tantum, augeri debeat 20000. aur. sin duae, augenda sit dos saltem ad 10000. aur. & ulterius nihil iis debeatur, prout in confrat. extat, ibi: Sie sollen mit obberührter Summen aller ihrer Forderung/so sie zu haben gedächten vergnügt und abgereicht seyn und bleiben. † In pact. 15.
Sax. Brandenb. pro libera testandi facultate reservata est summa 12000. Flor. Rhen. In Brandenb. Hass. summa 10000. Flor. & pro filiabus singulis 20000. flor. in dotem constituendi, *ita tradente Zas. 2. cons. 1. pr.* † Tales hodie 16.
conventiones uti jam dictum vigent inter Serenissimos Duces Saxon. & Illustriss. Landgrav. Hass. nec non Marchion. Brandeburg de quarũ tamen initio Doctores inter se variant. † Quidam annum exprimunt *1373.* Alii verò 17.
asserunt, praedicto Anno renovatũ tantum & a Carolo IV.

F confir-

confirmatum esse, ortum autem & principium duxisse Anno C. 1262. ex bello Novennali, quod Henricus g[illegible] Sophia Ludov. Hass. Landgrav. & Elisabethæ filia Duci Braband: Anno 1268. desponsata, confirmante Rudolph. I. Imperatore, *ut ex Albin. de Orig. Sax. refert Andr. Knich. de Sax. non prov. jur. verb. Elect. cap. 2. n. 60.* cui consentiunt *Arum. ad Aur. Bull. Reinking. lib. 1. Class. 4. cap 18. n. 161. &*
18. *aliis.* † A quibus iterum dissentit *Limn. lib. 4. cap. 8. n. 161.* & prioribus qui ad *Annum* 1373. referunt, consentit, & allegat *confirmationem Carol. IV.* qua non renovatum aliquod
19. pactum, sed de novo initum esse constaret, † ac pactum quidem *An. 1262.* inter prædictas familias initum, non autē de mutua successione sed defensione confectū fuisse asse[illegible],
20. *ut pluribus videre licet apud Lim. dict. loc.* † Id quidē manifestum est, prædictas illustres familias consensu Friderici Imperatoris *Anno 1417.* Norimbergæ pactum iniisse mutuæ successionis. Idque tabulæ *eodem Anno locoque die Vener. post. Dominic. Quasimodogenit.* confectæ diserte testantur.
21. † Sed cum multum temporis esset præterlapsum, neque primis contrahentibus ex hac vita discendentibus pactum renovaretur, factum est, ut pactum plerisque successoribus
22. adeo incognitum esset, † ut *Anno 1537.* in congregatione Ziticensi, cum Marchiones Brandenburgenses pactum reliquis ostendissent, communibus decretum fuerit suffragiis, ut in Originalia & Archiva hac de causa inquireretur. Idq; factum est à Brandenburgensib⁹ in conventu Servestiano, quibus tamen nomine Electoris Saxoniæ responsum esse constat, removenda esse prius nonnulla obstacula, con-
23. stituenda item alia, si pactum firmum ratumque esse velint. † Inde usq; ad Ann. 1571. totum erat suspensum, donec eo Anno conventus habitus Schönbeccii de renovando pa-
24. cto hereditario ac mutuis auxiliis. † Tunc quoque nova formu-

formula concepta, præsentibus exhibita, atque ad absentes, e quibus etiam fuit Fridericus March. Brandeburgens. missa erat, qui æqualem successionem inter partes desideravit, ac nonnulla dubia movit, quare iterum dilata res fuit, usque tum An. 1587. conventus haberetur Naumburgi de foedere auxiliari. † Ibi enim additis nonnullis ad priorem 25. formulam pactum de successione est susceptum, & confirmatio ab Imperatore per legatos petita. Datum verò est ab Imperatore responsum dilatorium. † Tandem Anno 26. 1614. in Conventu Naumburgensi pactum hoc repetitum, subscriptione atque sigillis corroboratum est. *Plura hoc de pacto addit Limn. lib. 4 cap. 8. n. 161.* † Articulos hujus pa- 27. cti eleganter recenset *Magnif. Dn. Carpzov. in disput. de Pact. Confrat. Sax. thes. 15.* † Magnæ etiam controversiæ 28. hoc de pacto inter Doctores ventilantur, An nempe Confraternitas hæc etiam contineat Electoratum? quam accurate tractat *Nobiliss. Dn Præses in Dictat. ad jus publ. quæst. 71.* † Consimilis est quæstio illa, An Domus Brandebur- 29. gica sub hac confraternitate contineatur? de qua legere qui avet, adeat *Limn. lib. 4. cap 8. n. 172.* † Disputatur et- 30. iam an pacta hæc jure sint licita. Quas controversias ventilare cum nostrum non sit propositum, merito nos remittimus ad *Disput. alleg. Magnif. Dn. Carpzov.* ubi omnes hæ controversiæ elegantissimè ventilantur & resolvuntur. † Superest adhuc percelebre illud Pactum inter Sereniss. 31. Johann. Frideric. II. Johan. Wilhelm. & Johan. Frideric. III. Duces Sax. Vinar. ex una, & Wilhelm. Georg. Ernest. & Poppo Patrem & Filios Principes Hennebergicos ex altera parte, *Anno* 1554. *Kal.* hisce conditionibus initum. † Ut 32. his deficientibus ad prædictos Duces Saxoniæ perveniret Comitatus Hennebergicus, econtra hi in districtu Coburgensi succederent. *Spangenberg. lib. 5 histor. Henneberg. cap.*

33. *53 pag. 272.* † Quæ confraternitas approbata ab Augusto Elect. Sax. feliciss. memor. & Philipp. Landgrav. Hass. utpote quorum intererat ratione similis pacti cum Sereniss.
34. Ducibus Vinariensibus. † Itemque confirmata à Carol. V. Imperatore *Anno* 1555. & Maximil. II. *Anno* 1572. *&* 1573. in persona Johan. Wilhelm. Duc. Sax. sicut hoc ipsum *litera expectantiarum sive Gratiarum Imperialium prolixe te-*
35. *stantur. Reusner. 1. consf. 3. n.* 18. † Evenit verò pacti hujus conditio in familia Hennebergensi, qua *Anno* 1583. penitus extincta, Comitatus ille cum omnibus pertinentiis ad Duces Sax. fuit translatus, paucis exceptis, quæ jure Clientelæ ad Hass. Landgrav. pervenere. *Dresser. Isagog. histor.*
36. *Millen. 6. p. 2. fol. 664.* † Simili quoque pacto Landgrav. Hass. cum Comitib. Cazenelb. totum hunc Comitatum, cum aliis adhuc Feudis ad Langrav. Hass. pervenisse testis est *Molin. consf.* 17.

XVI.

1. † Addendum & hoc est Principes & Status Imperii testamenta conficientes solennitates à Jure Civili præscriptas observare non debere: † Solennitates enim juris
2. communis ad privatorum saltem personas spectare certum est, daher die Chur- und Fürsten des Reichs, quæ personæ publicæ sunt, derselben Gesetz keines weges unterworffen, *uti respondit Serenissima domus Saxon.* in der Apolog. und Rettung der zwo Schrifften, so *Anno* 1609. von des Chur- und Fürstlichen Hause Sachsen an den verledigten Gülichschen Herr-
3. schafften Rechten ausgangen. † Imò testari jure militari semper valent, utpote qui milites pro salute Imperii excubias agunt, semperque jure militare dicuntur. *Gail. 2. obs.*
4. *127. n. 9.* † Quemadmodum Testamentum Caroli Austriaci Marchionis Burgaviensis, etiam omnibus testibus destitutum a facultate Tübingensi Juridica pro valido & legiti-

mo

mo judicatum fuit. Prout *ex Besold. refert Myler. in tract. de Stat. Imper. c. 26. pag. 281.* † Et non solum in testamentis, 5.
sed omnibus aliis contractibus solennitates juris Civilis observare ipsorum arbitrio liberum relictum est. † Unde in- 6.
terdum contractibus suis clausulam hanc adjicere solent, thun solches in Krafft dieses Brieffs in der allerbesten Form als es *Jure publico militari* unnd sonst zu recht geschehen kan und mag / *prout factum est in pactis confraternit. Serenißs. Duc. Sax. & Landgrav. Haß. apud Limn. lib. 4. cap. 8. n. 139.*

XVII.

† Quamplurima adhuc jura Principes nostri habent, 1.
quæ sub nomine jurisdictionis territorialis exercent. † Est 2.
vero hæc nihil aliud quam potestas seu jus summi, post Imperatorem Imperii, ac dominatus, ejusq; annexorum Regaliũ in omnes territorii subditos, ex concessione supremi Principis sub nomine der Landes hohen Obrigkeit / quæsitum aut longo usu obtentum. *Limn. lib. 4. cap. 8. n. 183. Reinking. lib. 1. Claß. 5. cap. 3. n. 3.* † Eamque dividim⁹, in universalem 3.
seu omnimodam, & particularem. *Knich. de jurisd. terr. cap. 2. in pr.* † Illa est quæ diffunditur per universum ter- 4.
ritorium, quod alicui competit tanquam corpus, & omnia ejus membra quæ intra fines istius universitatis continentur, alles was darin gelegen und bezirckt. † Ratione cujus 5.
quis fundatam habet intentionem in omni superioritatis & jurisdictionis jure. *Knich. d. tr. cap. 3. n. 89.* † Hæc vero 6.
est, quæ intra certos tantum partes concluditur, & certa quædam exempla continet in territorio alieno vel per expressam conventionem & consensum Domini, vel ex consuetudine vel alio capite singulari alicui concessa & quæsita. *Knich d. tract. cap. 4 n. 8.* † Omnis autem superiori- 7.
tas, quam Principes & Status habent, à solo Imperatore ipsis concessa, ille enim scaturigo, & fons est omnis superi-

 oritatis,

oritatis, in quo omnes superioritatis & dignitatis thesauri sunt & fuerunt reconditi. † Cui omnes Electores & Prin-
8 cipes Imperii post electionem & in comitiis publicis inserviunt, & ejus sese gehorsame Fürsten appellitant, ut ex Aur. Bull. Carol. IV. Recess. Imper. & communi ad Imperatorē scribendi formula patescit. † Quem etiam Imperii Rom.
9. & totius orbis Christiani hostis infensissimus Turca Monarcham & orbis Christiani caput vocat, dum in literis ad Sacr. Cæsar. Majest. tali utitur titulo. Aus den Potentaten Jesu der vornehmste / und zwischen den Geschlechte Jesu erwehlter Fürnehmster Herr aller Christlichen Völcker / ein Versorger unnd Administrator der Gerechtigkeit / unser Nachtbar und guter Freund. *Jacob. Franc. in continuat. re-*
10. *lat. histor. de Anno 1614. mind. Francofurt. Autumn.* † Ab hoc igitur Principes & Status omnia sua jura habent ac possident, ita, ut tantum possint in suis territoris, quantum Imperator ipse in Imperio, certis quibusdam regalibus, S. Cæs. Maj. reservatis, exceptis, *Reinking. de reg. secular. & Eccl.*
11. *lib. 1. class. 5. cap. 6 Gail. 2 observ. 27. Limn l. 1. cap. 8.* † Notari velim hîc, a quo jurisdictio hæc primum introducta fuerit, Et sciendum est Carolum Magn. omnia suæ ditionis subjecta, aliquo Romanorum more redegisse primùm in Provincias, & per totam Aquitaniam ordinasse Comites, Ab-
12. bates, & alios, iisque Regni curam commisisse. † Quem postea secuti sunt Imperatores alii, in primis vero Henricus Auceps, Otto Magnus, & Otto III. qui novâ Reipublicæ formâ jam introductâ Ducatus initio paucos, Marchionatus, Comitatus & Baronias per Germaniam plures constituisse, definitisque territoriis distinxisse, & perpetua dignitate, eaque regali condecorasse, ac modo in allodium, modo sub clientelari fide in Feudum hereditarie dedisse dicuntur, testantibus præcipuis quibusdam Historicis, quos
refert

refert *Knich. in dict. tr. cap. 1. n. 6. & 54. & 80.* † Et varii sunt 13.
modi quibus jurisdictio territorialis acquiritur, quorum primus est investitura, per quam Imperator omne dominium & potestatem in Vasallum transfert, quam comitantur omnia jura, Regalia, jurisdictiones, pertinentiæ, castra, territoria &c. † Nisi sub conditione tacita & in eventum, 14.
quo feudum domino aperiatur & fiat caducum, facta sit infeudatio, qualem de feudo Vasalli adhuc viventis, si Vasallus ultimus sit familiæ & agnationis suæ per Imperatorem jure fieri posse notat *Gail 2. Observ. 155. n. 2.* Ibi. So einer der letzte seines Nahmens oder Stammes ist / kan oder mag dessen Lehen von den Lehen Herren ausgebeten und einem andern Anwartung gegeben werden / & hoc casu nullum jus in feudo, sed ad feudum duntaxat investito tribuitur. *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 130.* † Ad secundum acquirendi modum referimus Suspensionem jurisdictionis 15.
Ecclesiasticæ, & hanc Principibus & Statibus Imperii jura superioritatis territorialis tribuere, patet ex iis quæ supra de potestate, quam Status & Principes Imperii circa Sacra & Religionem habent, *ex Pacific. Relig. Anno 555. sub regimine Carol. V. in comitiis Augustanis condita* annotavimus.
† Exemplo esse poterit Episcopatus Misnensis, qui Sere- 16.
nissimo Electori Johanni Georgio I. Gloriosiss. memor. Anno 1627. in conventu Electorali Mulhusæ celebrato ita appropriatus fuit, ut omnem in eo jurisdictionem, tam Ecclesiasticam quam secularem, civilem & criminalē, die hohe Landes Herrligkeit und Gerechtigkeit / mit allen Gerichten / Obrist / mittelst und niedrigst / mit allen Ehren / Würden / Freyheiten / Nutzungen und zugehörungen / liberam & justam habere ac exercere possit & debeat. † Quem etiam hodie 17.
Potentissimus Elector Johannes Georgius II. Dominus noster longe Clementissimus tenet & possidet, deque eo ut

Du-

18. Ducatu seculari collectas Imperii, vulgò Reichs-Anlagen solvit. † Eandem rationem habet cum Episcopatu Merseburgensi, nec minus cum Episcopatu Numburgensi. † Et Su-
19. spensione jurisdictionis Ecclesiasticæ jus territoriale acquirendi modum esse, testatur *Instr. Pac. §. 10.* ubi Archiepiscopatus Bremensis & Episcopatus Verdensis Coronæ Sveciæ sub titulo Ducis Bremensis & Verdensis appropriatus & assignatus, eiq; locus quintus in scamno seculari in Comitiis addictus fertur, uti pluribus habet *Instrum. Pac. loc. alleg.* ubi etiã de Archiepiscopatu Magdeburgensi & Halberstadiensi
20. agitur. † Acquiritur tertio jurisdictio territorialis Præscriptione, modo jura majestatis non impediantur; Tempusque requiritur immemoriale, ut patet ex *Recess. Imp de Anno* 1548. §. Wenn auch 2c. Ibi: Daß es ie in Menschen-Gedächtnüß 2c. §. Wolte aber 2c. §. Wo aber innerhalb Menschen Gedencken 2c.

XVIII.

1. † Notanda hic occurrit quæstio, An Imperator indistincte jura territorialia in bonis Imperii concedere possit? Fortassis distinguendum erit, aut enim jura hæc cum territorio jam ab aliquo possidentur, aut sunt vacantia, illo casu cum præjudicio possidentium non posse aperte dicit *Recess. Imper. de Anno* 1548. §. Wiewohl auch / Ibi: mit außdrücklichen Vorbehalt der Fürsten Gerechtigkeit / und Lan-
2. desfürstlichen Obrigkeit. † Ut ex fine etiam videre licet, cùm scil. Imperatoris officium sit, omnes omnium jurisdictiones tueri, non turbare, & unumquemque Imperii Statum in ea conditione, qua fuit a sui principio & origine, conservare, ad quod etiam in Capitulatione adstringitur, Ibi: Einen ieden Herren unn Stand bey ihren Freyheiten / Würden / Recht / Gewalt 2c. bleiben lassen / & omnia Imperatoris rescripta, beneficia & largitiones, hanc tacite clausulam habent

bent annexam, salvo jure Imperii & cujuscunque. *Arnis. lib. 1. de jur. majest. cap. 5. n. 20.* † Hoc vero casu (vacantibus bonis) olim potuisse testantur exempla, & quidem Austria, quam Rudolphus I. ad Imperium devolutam Alberto filio suo concessit (unde Archiducum Austriæ origo) & Saxonia, quam Sigismundus Imperator extinctâ in Alberto Ursorum familiâ Friderico I. Marchioni Misnico in feudum dedit (unde moderniorum Electorum prosapia, Peuc. 5. Chron.) Nec non Ducat. Juliac. Berg. cum Comitatu Ravenspurg. a Friderico III. Alberto Saxon. in remunerationem meritorum præstitorum collati, & plures alii, de quibus *Coler. in tr. de Jur. Imp. Germ. concl. 23.* † Quod & monstrat *Aur. Bull. Carol. IV. tit. 7. sub fin.* † Hodie autem Imperator de hujusmodi Feudis & bonis vacantibus absq; Principum & Statuum Imperii consensu libere disponere non valet, juxta *Capitulat. Leopold. Imperat. semper August. §. 30.* Ibi: Wenn Lehen dem Reich und uns bey Zeit unser Regierung durch Todesfall oder Verwirckung eröffnet und lediglich heimfallen werden/ dieselben und wollen wir ohne Vorwissen der Churfürsten niemand leihen/ auch niemand einige Expectanz oder Anwartung darauff geben ꝛc. Satis hæc, ad rem redeo. † Et consistit jurisdictio territorialis in actibus tam Ecclesiasticis quam secularibus, de Ecclesiasticis supra jam actum, ad quos referri potest, quod Principes & Status Imperii liberam Festorum & Feriarum habeant ordinationem, quatenus videlicet externum ritum & festivitatem respiciunt. † Et hinc quid de Calendarii correctione & ejusdem receptione ac introductione statuendum sit, facile apparet ex judicio Sereniss. Elector. August. felicis. memor. Is enim cùm Anno 1582. perlato ad Imperatorem Calendario, ab Imperatore consultus, prolixa oratione ostendit, non solum omnis generis difficultates & confusio-

 nes

nes in judiciis, literis contractuum, & aliis negotiis, secuturas, sed imprimis S. Cæsar. majest. & S. Rom. Imperii autoritatem & superioritatem hoc ipso violari. *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1.* † De Calendario Juliano Cæsaris &
8. Gregoriano Pontificis Anno 1581. condito & publicato late agit *Reinking. lib. 3. Claß. 1. cap. 2 per tot.* † Quam curam &
9. sollicitudinem Serenissimus Elector Sax. Johan. Georg. I. gloriosiss. memoriæ circa Festorum ordinationem habuerit, testantur Festa illa Jubilæa, quorum prius *Anno 1617. die 31. Octobr. 1. & 2. Novembr.* posterius *Anno 1630. die 25. 26. & 27. Junii* per totum Electoratum Saxon. magna solennita-
10. te celebratum. † Idem etiam liquet ex mandato An. 1626. de concionibus pœnitentialibus habendis promulgato, prout festa hæc & alia quam plurima a Sereniss. Elect. instituta longâ serie recenset *Matth. Lungwit. in admirand. Div. Sax. lib. 2. cap. 5. & 6.*

XIX.

1. † Actus jurisdictionis territorialis seculares varii reperiuntur, quos breviter percurremus, non quidem ut singulos sed saltem ut potiores adducamus. Offert itaque se 1. quod habeant jus belligerandi. *Receß. Imp. de Anno 1555. §. Nachdem aber ꝛc.* & nihil refert, utrum bellum offensive vel defensive susceptum fuerit, modo utrumque justum sit, injusta enim nonsolum bella, sed & fœdera sunt prohibita *in Aur. Bull. cap. 17. §. fin. Receß. Imper. de Anno 1530. Receß. Imper. de Anno 1541.* † Hæcce
2. belli defensivi susceptio adeo licita, ut etiam absque Imperatoris consensu fieri possit, cùm hoc modo proprie bellum non dicendum, sed sit defensio jure naturali licita.
3. † Sæpius tamen Principes & Status ad omnes malevolorum interpretationes evitandas defensionis suæ causas & finem ad Imperatorem referre solent, ut omnis etiam sinistra

nistra suspicio removeatur. Quod tamen ex libera eorum voluntate dependet. *Myler. in tr. de Stat. Imper. cap. 17. pag. 156.* † Secus est in bello offensivo, quod ut præscitu 4. Imperatoris fiat, æquitas postulat. Causarum belli justi catalogum exhibet. *Limn. lib. 4. cap. 8. n. 247. & seqq.*

XX.

† Hisce stantibus sequitur quod Principes & Status 1. Imperii jus habeant conscribendi milites, Volck werben/ tam in suo quam in alterius Status ad id consentientis territorio. *Recess. Imper. de Anno 1525. Recess. Imper. de Anno 1530.* §. Demnach soll auch ꝛc. † Observari tamen semper hoc 2. in casu debent leges Imperii, quæ volunt ut adsit certa & prægnans causa, qua ducti milites conscribant. † Nec mi- 3. nus consensus des Craiß Obersten/ *Recess. Imp. de An. 1564.* & aliæ adhuc conditiones, quibus exercitus per alterius territorium ducendus est, quos videre licet *in Recess. Imp. de An. 1542* §. Es sollen auch ꝛc. *Recess. Imp. de Anno 1555.* §. Wo sich aber über das ꝛc. *Recess. Imp. de Anno 1598.* §. Betreffend aber ꝛc. *Limn. lib. 4. cap 8. n 246.* † Atque exinde Principi- 4. bus nostris liberum esse delectum agere, Musterung halten/ clarum est ex *Recess. Imp. de Anno 1564.* §. Ferner dieweil/ibi, und soll nochmahls ein ieder Stand die seinen Jährlich selbst mustern/ item subditis armorum usum injungere, Wehr und Waffen aufflegen/ quo in defensione territorii domino assistant, sie in Waffen zu trillen/ eorum iterum usum ob metum seditionis prohibere, sie wieder disarmiren. *Myler. cap. 75 pag. 182.* † Nec non jus habent fabricandi & paran- 5. di tormenta bellica, Geschütz/ Artellerey und munition. *Recess. Imp. de Anno 1555.* §. Und demnach ein Kriegsvolck zu Roß. *Recess. Imp. de Anno 1570.* §. Sintemahl aus hoch bewegenden ꝛc. Ibi: Welcher massen ein ieder Craiß mit seinen erwehlten Obristen/ zu unnd nachgeordneten/ auch andern

Befehls Leuten/Geschütz/Artelerey/munition und was dazu gehörig/ in guter gewisser Bereitschafft stehen. Item Armamentaria publica instituere, Zeug Häuser anzuordnen. † Nec
6. minus Arces munire, vel fortalitia extruere, Vestungen und Basteyen zu bauen/ quod ipsum majestatis particulam asserit *Arnisa. de jur. majest. notante Reinking. lib. 1. Class.*
7. *cap. 6. n. 19.* † Et hæc jura bellica Serenissimis Ducibus Saxoniæ competere quis dubitat? Quem enim latet percelebre illud Armamentarium, quod Dresdæ est, in quo ingens machinarum & tormentorum apparatus prostat. De quo & tribus aliis *Limn. lib. 4. cap. 8. n. 211. testatur, se per totam Galliam, Italiam, Angliam & Belgium nullum reperisse, quod cum his comparare potuerit*, quis ignorat fortalitia illa celeberrima per Electoratum & Ducatus Saxoniæ hinc in-
8. de exstructa. † Habent ulterius Principes & Status Imperii jus sequelæ, die Herren Volg und Reise/ quo subditi Dominum bellum moventem sequi tenentur, tam in territorio, quam extra territorium, non solum si patriæ defensio hoc exigat, sed & si Dominus alio in loco bellum suscipere
9. cogatur. *Myler. cap. 76. pag. 584.* † Sic hodie Serenissimus Elector Saxoniæ in suis territoriis habet die Ritter-Pferde und Defensioner / qui exorto in Provinciis motu, aut alia necessitate urgente ad mandatum Sereniss. Elector. comparere, ei assistere, eumq; sequi tenentur. Hæc de negotiis bellicis. Plura videre licet apud *Limn. lib. 4. cap. 8. Knich. de Saxon. non provoc. Jur. Andr. Gail. de pac. publ. & alios.*

XXI.

1. † Vi Jurisdictionis territorialis Principes & Status Imperii leges Provinciales Landes-Ordnungen (cum consensu tamẽ Statuum Provincialiũ) condere, promulgare, contrarias abrogare, & jura communia etiã inconsulto Imperatore tol-
2. lere possunt. *Reinking. lib. 1 class. 5. cap. 6. num. 9.* † Et leges hæ

Pro-

vinciales tantam habent autoritatem ut in causarũ decisione, inter Provinciales, Camera Imperialis secundum eas pronunciare debeat. *Ordin. Cam. part. 1. tit. 56.* † Hocque jus 3.
condendi leges Provinciales Serenissimis Ducibus Saxoniæ competere testantur tot tantæque constitutiones per Electoratum & Ducatus Saxoniæ promulgatæ, quales sunt Landes-Ordnung so Hertzog Ernst Churfürst unnd Hertzog Albrecht Gebrüder Anno 1482. im Lande auffgerichtet. *Item Constitutiones Sereniss. Duc. Mauritii Anno 1545. & 1550. sancita. Nec non Constitutio Sereniss. Elect. August. Anno 1555. & 1580. promulgata; Item Process.* und Gerichts Ordnung *Serenissimi Electoris Johan. Georg. I. gloriosiss. memor. Anno 1622. condita, & alia similes quamplurima.* † Hæque con- 4.
stitutiones tanti valoris sunt, ut ipsis speciali etiam sanctione Imperatoris derogari non possit; Nam cum Imperator Carol. V. Anno 1521. in conventu Norimb. constitutionem fecerat, quod non obstante aliqua consuetudine loci, filii fratris prædefuncti debeant admitti ad successionem patrui, cum defuncti fratribus in stirpem; tamen Elector & Duces Saxon. contra hanc constitutionem protestati sunt, nec eam receperunt, neque secundum eam in terris Saxon. pronunciatur, sed servatur dispositio juris Saxon. cùm sit jus scriptum, & quasi singulare privilegiũ hujus provinciæ. *Schneidw. ad Inst. de hered. quæ ab intest. def. n. 14. p. 295.* † Ac 5.
cum ad curã Principum pertineat ut constitutiones hę promulgatę in suis territoriis vigeant ac floreãt, consequens est ut ipsis cõpetat jus erigendi Dicasteria, Scabinatus ac judicia Provincialia, Hoffgericht und Schöpffen-Stüel anzustellen/ ut totius provinciæ causas judicẽt; deq; iis sententiã dicant. 6.
† Talia sunt in Electoratu & Ducat. Sax. das Ober Hoffgerichte zu Leipzig/ nec nõ das Hoffgericht zu Wittenberg/ Item, das Hoffgerichte zu Jena. † Quidnam ad horum judiciorum 7.

curam

curam pertineat, colligere licet auß der Ordnung des Churfürstlichen Sächsischen Ober Hoffgerichts zu Leipzig / *à Sereniß. Elect. Mauritio glor. memor. Anno 1548.* Item auß der Ordnung des Churfürlichen Sächsischen Hoffgerichts zu
8. Wittenberg *ab eod. Elect. Anno 1550.* promulgata, † à quorum tamen sententia ad judicium Appellationis quod Dresdæ est, appellare licet, ut iterum patet aus der *Appellation* Ordnung *Sereniß. Elect. Christiani II. feliciß. memor.*
9. *Anno 1605. sancita.* † Quo autem processu causæ a prima instantia ad curiam Provincialem, deque ejus sententia ad judicium Appellationis deferantur, videre licet ex *allegat. constitutionibus.*

XXII.

1. † Vi jurisdictionis territorialis Principes & Status Imperii jus habent pœnas capitales remittendi. *Receß. Imper. de Anno 1526.* §. Es soll auch ꝛc. Quod olim soli Imperatori competebat; Et sane etiam in Gallia, Hispania & aliis Regnis nullum Principem potestatem hanc habere refert
2. *Reinking. lib. 1. Claß. 5. cap. 6. n. 27.* † Nihilominus tamen Principes Germaniæ sæpe dictum jus sibi saltem ex consuetudine hominum memoriam superante vendicant, & ex eo asserunt, quod damnatis neque per viam simplicis querelæ, nec appellationis succurratur, & ubi appellatio cessat, ibi jus indulgendi & remittendi omnino translatum videatur. *Andr. Knich. in comment. in jus Sax. pag. 165. & ex eo*
3. *Limn. libr. 4. cap. 8. n. 269. & seqq.* † Cujus consequens est ut habeant jus concedendi salvum conductum. *Receß. Imp de Anno 1570. §.* Wir wollen auch hiermit ꝛc. prout videmus quotidie tales supplices preces üm Landshuld Princi-
4. pibus offerri *Reinking. lib. 1. Claß. 5 c. 6. n. 32.* † Nec minus jus habent restituendæ famæ. *Receß. Imper. de Anno 1526. §.* Und wiewohl der gemeine Mann ꝛc. Ibi, so soll eine iede Obrigkeit

Macht

Macht unnd Gewalt haben / ihren Unterthanen / so sich in Gnad und Ungnad begeben / und gestrafft worden sind / nach Gelegenheit und ihren Gefallen / wiederüm in Stand ihrer vorigen Ehren zu setzen / zu qualificiren und geschickt zu machen / Rath unnd Gericht zu besitzen / Kundschafft zu geben / und Ambt zu tragen 2c. *Limn. lib. 4. cap. 8. n. 293. & seqq.* † Ad 5.
actus porro territoriales pertinet. Quod Principes habeant jus conducendi per vias publicas, die Gleidliche Obrigkeit auff freyer Keyserlichen Herr und Reichsstrassen. *Reinking. lib. 1. claß. 5. c. 6. n. 33.* † Ad eorum etiam jurisdictionem 6.
pertinet quod habeant Vectigalia, quæ sunt fructus quibus ustinetur Respublica, *Knich. comment. in Jus Sax. pag. 130.* Item Flumina publica. *Knich. dict. loc pag. 12.* Jus constituendi, permittendi collegia, Zünffte. *Limn. dict. loc. 298 n.*
† Jus Fisci. *Reinking. lib. 1. Claß 5. cap. 6. num. 41.* Jus cu- 7.
dendi monetas *Receß. Imp. de An. 1524. & Receß. Imper. de Anno 1570. Knich. comm. in J. Sax. pag. 153.* † Jus conceden- 8.
di Repressalias *Limn. lib. 4. cap. 8. n. 304. & seqq. Knich dist. 2. pag. 162.* Indictionem collectarum. *Myler. in tract. de Stat. Imp. cap. 62 pag. 520.* † Constitutionem Asylorum. *Myler.* 9.
d. tr. cap. 51 pag. 460. Institutionem nundinarum. *Limn. lib. 4. cap. 8. n. 302.* † Possunt recipere Judæos *Reinking. lib.* 10.
1. claß. 5. cap. 6. n. 47. & alios quam plurimos actus quibus Jus territoriale exercere possunt, quorum unusquisque peculiarem meretur disputationem. † Nos relictis actibus 11.
istis, quia inconcinnum opinatur *Valasca quæst. 8. n. 34.* conglomerare omnia, quæ Princeps potest, ad Jura Specialia, quæ Serenissimi Duces Saxoniæ præ aliis habent singularia, transeamus.

XXIII.

† Hæc quo commodo à nobis tractentur ordine, di- 1.
spiciemus primo loco de iis juribus, quæ Serenissimæ Domui

mui Electorali soli conveniunt, deinceps seorsim acturi de
2. aliis, quæ toti Serenissimæ Domui competunt. † Ac inter ea merito primo sese offert, ipsa Electoralis dignitas. † Et
3. possemus hic latius evagari, ac originem Electorum paulo prolixius inquirere, sed quia id ante nos Viri eruditi præstiterunt, nolumus nunc actum agere, aut post Roscium in
4. scenam prodire. † Nihilominus tamen instituti nostri ratio postulat, ut qui ea ad Serenissimam Domum Saxon.
5. devoluta fuerit, paulo latius inquiram⁹. † Ac sicut à prima origine nullibi ferme fixam habuit sedem, sic & Electoratus
6. Saxoniæ quinque potissimum peragravit familias. † Et primo Ducem Lunæburgensium, quorum primum Bennonem Ducem Lunæburgensium fuisse ait *Limn. lib. 3. cap. 10. n. 47.* Cui etiam Archimarschalli officium ab Ottone III. propter strenuam operam contra hostes Imperatoris impensam tributum fuisse, quamplures statuunt Historici. *Kranz. in Vandal. lib. 3. cap. 15.* Isque juxta *Limn. dict. loc.* obiit *Anno* 1011. † Alii initium hujus Electoratus ducunt
7. à Bernhardo Duce Lunæburg. cujus obitum *Bucelin. in Nucl. hist. univers. ad Annum 998* refert. Quē insecutus Bernhardus II. Bernhardi I. Filius, qui obiit *Anno 1062.* Hunc in ordine suscepit Ortolphus, Bernhardi II. Filius, qui obiit *Anno 1073.* Cujus successor fuit Magnus, hic obiit *Anno*
8. 1106. † Et sic quatuor fuerunt hujus Familiæ Electores. Alii tres tantum recensent, hincque annos ultra quinquaginta centum Electoratum in hac familia permansisse tra-
9. dunt. *Limn. lib. 3. cap. 10. n. 1.* † Secundo Dignitatem Electoralem ad familiam Comitum Supplenburgii transiisse, inque ea unum tantum, Lotharium, postea Imperatorem extitisse ait *Knich. in Comm. ad Jus Sax. cap. 3. pag. 26.* Obiit hic
10. *An. 1127.* † Tertio Electoratus dignitas ad Duces Bavariæ Gvelphos translata fuit, ex quorum familia duo saltem Ele-

ctores

ctores orti, Henricus nempe Superbus, & Henricus Leo, Superbi filius, quorum prior *Anno 1136.* vel ut alii volunt, *Anno* 1139. Alter vero *Anno* 1195. obiit. † Ex hac familia 11.
quarto dignitas Electoralis in familiam Anhaldinorum transiit, in qua duravit annos 227. vel ut alii volunt 242. aut secundum alios 253. Exque ea octo prodiisse Electores refert *Knich. dict. loc.* † Quorum primus fuit Bernhardus Co- 12.
mes Ascaniæ, cujus obitus ad *Annum 1212.* refertur. Ejus successor fuit Albertus I. Bernhardi filius, qui *Anno* 1260. mortuus est: Tertius Elector fuit Albertus II. Hic *Anno* 1311. decessit. Hunc secutus Rudolphus I. & obiit *Anno* 1356. Cui iterum successit Rudolphus II. qui *Anno 1370.* mortuus est. Hunc in ordine excepit Wenceslaus I. Hic *An. 1388.* obiit. Eum insecutus Rudolphus III. veneno extinctus *Anno 1410.* vel juxta alios *An.* 1418 Ultimus hujus familiæ Elector fuit Albertus III. qui *Anno 1422.* obiit. † Et no- 13.
tandum hic, tempore Bernhardi primi Electoris Anhaldinæ familiæ, coronam ruteam in Insignibus Serenifs. Duc. Saxon. *Anno* 1180. ortum duxisse, cujus primam originem Historici tali describunt modo. † Otto Pater Alberti co- 14.
gnomine Ursi stratoria ligna in clypeo transversa, atro gilvoque colore variata ferebat. Filius ejus Albertus plures reliquit filios, Ottonem, post se Marchionem, (pater enim Albertus meritus Marchionatum de Brandenburg, contenditque cum Henrico Catulo Leonis patre, de Ducatu Saxon cum illi faveret Imperator Conradus) Sifridum Archiepiscopum Bremensem, Bernhardum, quem Fridericus I. Imperator destituto Leone, surrogavit in Ducem Saxoniæ, quod sanguinem traheret Magni, sicut Henricus Leo. † Hic Bernhardus ad pedes Imperatoris Friderici 15.
jam de Ducatu Saxoniæ investitus, orabat, ut aliquo a fratribus suis discrimine Arma Ducatus sui insigniretur. Tum

H Impe-

Imperator, ut erat coronatus per æstum, ruteam coronam
16 ex obliquo supplicantis clypeo injecit. † Et hoc est sertum rutaceum, quod paternis insignib⁹ Bernhardus, Imperatoris dono adjecerat. *Dresser. part. 2. Isagog. histor. Millen. 6. pag. 415.* Thüringisch. Chronik. *in Ann. Christi 1180.*
17. † Alii de serti hujus rutei origine scribunt, longe ante Friderici I. Imperatoris & Bernhardi tempora Principem quendam Saxon. ex Wigberti Witikindi Magni filii posteris Comitem Ringelheimensem inter peregrinandum Venetiis celato statu & conditione, virginem amore prosequutum esse, quam cum ad possidenda Feuda Regalia ad se devoluta avocato humilis status ratione ducere non conveniret, coronæ rutaceæ discissæ partem unam virgini reliquisse, alteram secum domum tulisse, ac clypeo suo sese inserturum pollicitum esse. Quod ipsum tamẽ quibus-
18. dã pro mera conjectura habetur. † Sed ut ad rem redeam. Dignitas deniq; Electoris in Marchionum Misniæ familiam a Friderico I. *An. 1423.* translatam esse ait *Knich. in comm. ad Jus Sax. pag. 26.* In qua Serenissima familia per Dei gratiam
19. ad hunc usque diem continuata permansit. † Exque ea duodecim orti sunt Electores, quorum I. Fridericus I. Bellicosus, obiit *Anno 1428.* II. Fridericus II. Placidus, natus *Anno 1411. 9. Cal. Septembr.* obiit *Anno 1464. 7. Id. Septembr.* III. Ernestus natus *Anno 1441.* obiit *Anno 1486. 7. Cal. Septembr.* IV. Fridericus III. Sapiens, natus *Anno 1473. 16. Cal. Februar.* denatus *An. 1525. 3. Non. Maj.* V. Johannes Constans obiit *Anno 1532. 3. Id. August.* VI. Johan. Fridericus Magnanimus, natus *An. 1503. Prid. Cal. Jul.* obiit *Anno 1554. 3. Non. Mart.* VII. Mauritius, natus *Anno 1521.* obiit *Anno 1553. 7. Id. Jul.* VIII. Augustus, natus *Anno 1526. 3. Id. Jul.* denatus *Anno 1586. 3. Id. Februar.* IX. Christianus I. natus *Anno 1560. 3. Non. Novembr.* obiit *Anno 1591. 8. Cal. Octobr.* X. Christianus

anus

anus II. natus *Anno* 1583. 9. *Cal. Octobr.* denatus *Anno* 1611. 12. *Cal. Jul.* XI. Johannes Georgius I. natus 3. *Non. Mart. Anno* 1585. mortuus *Anno* 1656. *Postrid. Non. Octobr.* XII. Johan. Georg. II. Elector ac Dominus noster longe Clementissimus, natus *Anno* 1613. *Prid Cal. Jun.* cujus annis innumeros addat Deus! † Et hæc de translatione dignitatis 20.
Electoralis in Serenissimam Domum Saxonicam.

XXIV.

† In hac dignitate Serenissimus Dominus Elector inter Electores Seculares, tam in Collegio Electorali, quam 1.
in Comitiis aliisque actibus publicis secundum obtinet locum. Quod inde factum, a quibusdam asseritur, quod cum Saxo contra Ottonis III. Imperatoris hostem Crescentium graviter pugnarit, alterum dignitatis promeruerit locum. *Windek. com. de Elect. Imp. cap.* 16. † Ac hodie in Comitiis de sessione ac præcedentia Serenissima Domus Saxoni- 2.
ca Electoralis & Ducalis cum Serenissimis Domibus Bavarica & Palatina litigant. † Factum enim aliquando, ut referunt, quòd Dux Saxoniæ Duci Bavariæ, intuitu Senii, 3.
& quia illle Ducis Saxoniæ Avunculus erat, ex civilitate priorem concesserit locum, quod deinceps à Serenissima Domo Bavarica in præjudicium ac consequentiam tractum, indeque lis orta. † Quare & in nupera pacificatione 4.
Osnabrugens. a Serenissima Domo Saxonica conventum est, ut si lis hæc decideretur, & decisio (quod extra omne dubium) a partibus Serenis. Domus Sax. staret, Archiepiscopatui Bremensi, qui Serenis. & Potentis. Regi Sveciæ in Feudum Imperii concessus, & ratione hujus in scamno seculari locum quintum obtinet, nihilominus idem locus ac votum in Comitiis remaneret.

XXV.

Vi hujus dignitatis Electoralis Serenissimo Electori 1.

competit Officium ArchiMarschalli Imperii, qui a quibusdã Marschallus Imperii natus vocatur, & ut ratione hujus officii in præliis Imperii vexillũ generale ferat, ipsi com-
2. petere, fertur, de quo tamen a quibusdam dubitatur. † Hoc quidem constat, illud Serenissimi Electoris Saxoniæ tanquam ArchiMarschalli imperii, officii ac prærogativæ esse, ut in campis in advẽtu Imperatoris vel expeditione omnibus Statibus præferatur, ordinesque instruat. *ut ex Goldast.*
3. *refert Limn. in addit. ad lib. 3. cap.* 10. *n.* 27. † Ubi etiam de controversia inter Legatum Ducis Saxoniæ, Principem de Anhalt, & Ducem Juliacensem, ex hoc, quisnam eorum
4. præequitaret, orta, pluribus agit. † In comitiis etiam publicis gladium Imperialem seu Regalem evaginatum, strictumque Imperatori præfert, in peculiaris Majestatis sym-
5. bolum *Aur. Bull. cap. 26. §. 3. Limn. lib. 3. cap.* 10. *n.* 27. † Ac sicut olim apud Reges Romanos usu receptum erat, ut securis & hastæ præferrentur, nec minus apud Francos Basanus Sicambrorum Rex, quocunq; ibat, gladium & funem in signum Justitiæ sibi præferri jussit, ac Carolo M. ante tribunal nuda spatha ferebatur, ita hodie Imperatori Rom. Germanico in signum justitiæ Gladius præfertur, uti patet ex inauguratione Wilhelmi Hollandiæ comitis, cui Dux
6. Saxoniæ gladium hisce verbis porrexit. † Accipe sceptrum Regium, ut rebelles severa correptione potenter affligas, omnesque benevolos in tranquilla pace gubernes, prout refert *Marquard. Freher. in not. ad Petr. de Andlo, lib. 2. cap.*
7. *8. verb. Gladius.* † Et ratione hujus officii Elector Serenissimus Gladios decussatim compositos in insignibus gerit. *Sicut Albin.* in Meißnisch. Chronik. *tit.* 16. *pag.* 435. *hisce verbis refert.* Der Chur Sachsen Wappen ist eine Fahn/so oben schwartz und unten weiß / darin zwey rothe Schwerter überschrenckt. Daher der Alten reimen

Zwey

Zwey Schwerdt des Marschaln Ambt bedeuten/
Die Wendische Heyden außzureuten.

Limn. lib. 3. cap 10. *n*. 29. † Quare autem duo gladii decussatim compositi in insignibus Electoris inveniantur, inter 8.
Historicos controvertitur, *Autor* des Neu Sächsischen Stambuchs. *Rubr.* Ordnung der Chur- und Fürsten Sächsischer Provinz Wappen/ Bernhardum primum ex Anhaltina familia Electorem, qui Anno 1180. circa Albim contra Gentiles decertavit, & gladium tesseræ loco habuit, Autorem statuit. † Hoc quidem certum est, quod *Anno* 9.
Chr. 1457. in Misnia Grossi monetarii primo gladiati sint percussi, die Schwert Groschen/ quorum 28. florenum perfecere, ut satis constat *ex Chron Citizens. August.* † Verum 10.
enim vero, cum horum gladiorum unus tantum Electorale munus designet, ut *Limn. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 29. asserit, alter forrassis in tesseram adhibitus fuit. † Et variæ de hoc bi- 11.
nario numero opiniones afferri possent; sed quia nihil certi statuere possumus, merito ad alios remittimus, & ad officium Serenissimi nostri Electoris redimus. † Competit 12.
vero ipsi ratione officii Archi Marschalli, ut in actibus publicis Imperii & post coronationem Regis Romani, priusquam Imperator mensæ accumbat, modium argenteum avena publice equo insidens impleat, eumque comiti de Pappenheim tradat, *juxta Aur. Bull. cap.* 27. §. 1. *Limn. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 31.

XXVI.

Vi hujus officii Archi Marschalli Serenissimo Electori competit in Conventibus Electoralibus, ubi eligunt Imperatorem, de alimentis, hospitiis & aliis, ne status Imperii eorumque legati a civibus nimis graventur, prospicere, sicut Serenissimus Elector in der Policey und Tax-Ordnung *Francofurti die* 8. *Julii Anno* 1658. *publicata* ipse testa-

tur, cujus verba huc scribere libuit. Als nach tödlichen Abgang des weiland Allerdurchläuchtigsten / Großmächtigsten / und Unüberwündlichsten Fürsten unnd Herren / Herren FERDINANDI des dritten / erwehlten Römischen Keysers / zu allen Zeiten mehrern des Reichs ꝛc. ꝛc. unsers Allergnädigsten Herrens / Glorwürdigsten Andenckens / die Hochwürdigsten / Durchl. und Hochgebohrne des Heil. Römischen Reichs Churfürsten auff den alhier zu Franckfurth am Mayn / nach Anleitung der Güldenen Bull angestelten und außgeschriebenen WahlTag / die meisten in selbst Churfürstlicher Person / die andern und Abwesenden aber durch ihre ansehnliche unnd fürtreffliche gevollmächtigte Gesandten erschienen unnd zusammen kommen / hat der Durchl. Fürst und Herr / Herr Johann. Georg. der Ander / Hertzog zu Sachsen / Jülich / Clev und Berg / des heil. Römischen Reichs Ertz-Marschall unnd Churfürst auch desselben Reichs in denen Landen des Sächsischen Rechts, und an Enden in solch Vicariat gehörende dieser Zeit Vicarius &c. &c. in tragenden des heil. Römischen Reichs ErtzMarschallambts / seine fördersame Sorgfalt so bald dahin gerichtet / wie allenthalben gute Verfügung und Anstalt gemacht / auch ein billigmässiger Tax über die Logierung / Zehrung und Stallungen gesetzt / unnd so viel müglichst allen schädlichen Unordnungen und Mißbräuchen vorgebauet werden; Gestalt S. Churfürstl. Durchl. die Ihrigen dem herkommen nach / mit dem Reichs ErbMarschall / und E. E. Raths allhier abgeordnete Zusammen sitzen / sich über eins und anders nothdürfftig vernehmen / und darauff nachfolgende Ordnung fassen und publiciren lassen / als ꝛc. ꝛc. Dieses alles und iedes nun / so unterschiedlich hierin verfasset und verordnet ist / wollen S. Churfürstl. Durchl. als des H. Reichs Ertz-Marschall ꝛc. von iederman gehorsamst gehalten / und dergestalt steiff uñ fest beobachtet wissen / daß die Jenigen / so derselbe in

in einen oder mehr Puncten zuwider handeln/nach befundener Ubertretung Oberkeitlichen an Guth unnd Leib ernstlich und unnachlässig andern zum Abscheu und Exempel gestrafft werden sollen/wornach sich ein ieder zu achten/und vor Schaden zu hüten hat, unnd haben Höchstgedachte S. Churfürstl. Durchl. diese Policey und Tax-Ordnung mit eigen Händen unterschrieben/und ꝛc.

XXVII.

† Ad alias praeminentiae partes refertur, quod Serenissimus Elector Saxoniae in conventibus nonnullis jus particulare inexquirendis votis habet. † Imo in comitiis, in causis Electorem Moguntinum concernentibus, Serenißs. Electori directorium competit, prout etiam votis ab Electore Moguntino collectis, ab eodem votum exquirere solet. † Et jus hoc in quibusdam conventibus ad Serenißs. Electorem pertinere testatur *Reinking. de regim. secul. & Eccles. lib. 1. Class. 3. cap. 5. n. 10.* † Hinc cum in conventu Ratisponens. Electorum, & quorundam Principum de *Anno 1623.* in consultationibus Elector Moguntinus aliorũ Electorum vota usque ad Saxoniae Electorem explorasset, suam vero ultimo loco adjunxisset sententiam, cum brevi omnium aliorum votorum recapitulatione. Et cum etiam Brandenburgensis Electoris Legatos, & alios cum sequentes Principes ibidem congregatos de voto interrogare voluerit, noluerunt admittere legati Saxonici, dicentes, aliter usu receptum esse. Ideoque hic ordo explorandorum votorum ibidem fuit servatus. † Moguntinus compellavit primo Trevirensem, deinde Coloniensem, (quamvis legati Trevirenses cum Electore Coloniensi, qui ipse praesens adfuerat, in sessione & votis alternarint) & sic deinceps usque ad Saxonem inclusive, deinde reddito voto Saxonico, legatus Saxonicus interrogavit legatos

1.
2.
3.
4.
5.

Bran-

Brandeburgicos, aliosque ad consilium vocatos Princi-
6. pes, aut eorum legatos. † Omnibus tandem exquisitis sententiis suam ultimo loco addidit sententiam Moguntinus,
7. nus, cum indicio, quonam major pars tenderet. † Quando vero aliquid à Moguntino de novo addebatur, denuo omnium sententiæ fuerunt exploratæ, eo quo dictum est
8. modo & ordine. *Limn. in addit. ad lib 3 cap. 12.* † In Comitiis etiam Imperialibus Electorem Saxoniæ in spiritualibus & religionis negotiis, Palatinum vero in temporalibus, & Protestantium causis civilibus, directorium habere
9. docet *Leonhard. Hutter. in irenic. cap. 29.* † Quod tamen ipsi non ut Electori Saxoniæ, sed ut inter Augustanæ Confessionis Principes potentiori competere ait *Limn. lib. 3. cap. 10. num 33.*

XXVIII.

1. † Dignitas Serenissimæ Domui Saxonicæ Electorali præ aliis competens ex eo patescit, quod Serenissimus Elector Imperio vacante vel tempore interregni, quod vel morte Imperatoris, vel ejus depositione, vel resignatione, vel etiam ejus absentia contingit, iis in locis ubi Jura Saxonica vigent, an Orth unnd Enden da man des Sächsischen Rechtens brauchet/ Imperii provisor & Vicarius vocetur & existat. *Aur. Bull. tit. 5.* Ibi: So offt das Reich ledig wird/ soll der Erläucht Hertzog von Sachsen / des heiligen Reichs Ertz-Marschall an statt eines Römischen Königs in Landen da Sächsische Recht sind/ ein Verweser und Pfleger des Reichs seyn/ mit den Gewalt/ Gericht außzurichten unnd zu üben/ Gottes Gaab zuverleihen / die Renth und Nutz einzusamlen/ von denen die Lehen empfahen / die Treu und Eyd der Gelübnüß an statt und in Nahmen des Reichs einnehmen etc. *Arum in*
2. *discurs. Acad. de Jur. publ. pag. 173.* † Gaudet autem Elector Sereniss. jure Vicariatus, quando Imperator extra Germa-

Germaniam abit, vel trans Alpes proficiscitur, wenn ein Römischer Keyser oder König über Berg oder aus dem Reich ist/prout testantur verba specialis constitutionis Carol. de Anno 1521. Ibi: Das den Churfürsten zu Sachsen/ Friderico, an dem Vicariats-Ambt/ keinen Abbruch noch Nachtheil bringen soll rc. *Vid. Nobiliss. Dn. Præs. in dictat. ad Jus publ. quæst. 93.* ubi hac de re pluribus tractat. † De hoc tamen 3.
inter Doctores pro & contra acriter disputatur. Quidam controversiam tali distinctione solvere conantur. Aut enim Imperator extra Germaniam proficiscens Vicarium instituit absque Vicariorum & Statuum consensu, aut horum permissione. † Hoc casu Imperatorem Vicarium 4.
substituere posse nullus dubitat, quemadmodum etiam à Carolo V. factum, qui Ferdinandum fratrem Vicarium nominavit. † Et in hujus institutionem Vicarios & Status 5.
Imperii consensisse patet ex literis reversalibus ab Imperatore Vicariis Imperii exhibitis, præstitaque iis cautione de omni periculo & præjudicio privilegii, quarum formulam exhibet *Goldast. part. 1.* von Reichs-Satzungen *pag. 243. Recess. Imp. de Anno 1521. §.* und Wir Churfürsten rc. † Illo 6.
vero casu quando absque consensu Vicariorum & Statuum Imperii, ab Imperatore Vicarius constitutus fuit, pro nullo habetur, sicut *Anno 1473.* factum, cum Imperator Fridericus III. Carolum Burgundiæ Ducem Vicarium substitueret, qui a Vicariis & Statib⁹ Imperii pro nullo habitus fuit, quod hoc in Imperatoris potestate non consisteret, prout postea Imperator ipse hac de re testimonium dixit in responso Carolo Burgund. dato, *juxta Albert. Kranz. lib. 2. Sax. cap. 11.* † Ac certe si Imperatori tum temporis dene- 7.
gatum fuit, ubi liberiorem habuit potestatem; multo magis hodie fieret, cum tot capitulationis articulis pristina illa libertas minuta & restricta a pluribus censeatur. Plura hac

I de re

de re videre licet apud *Magnif. Dn. Carpzov. in Semicentur. quaest illustr. ex Aur. Bull. ad tit. 5. quaest. 1. Limn. lib. 3. cap. 12. n. 45. & seqq.* † A quibus tamen alii quam plurimi dissen-
8. tiunt. *Vide Arum in discurs. Acad. de Jur. Publ. pag. 773.*
9. *& alios.* † De causa quare Vicarii instituti fuerint, talis a quibusdam redditur ratio, ne scilicet Imperatore mortuo, tempore interregni, Imperium detrimenti quid patiatur, & instar navis sine rectore, submersioni ad primam tempestatis subortae impetum obnoxiae, procellis tumultuum concutiatur, *Petr. Gregor. lib. 7. de Republ. cap. 4. num. 20.*
10. † An autem Vicariatus hic ante constitutionem Aur. Bull. extiterit, Doctores etiam inter se non conveniunt. *Vid. Magnif. Dn. Carpzov loc. citat. Arum. Discurs. ad Aur.*
11. *Bull. thes. 5. Limn. dict. loc. num. 34.* † Nec minus controvertitur, quibusnam in provinciis Jus Saxon. observetur, *de quo videri potest Limn. alleg. loc. num. 25. 26. & pluribus*
12. *seqq.* † Nos controversiis his ad alios remissis ad potestatem Vicariorum transimus. Estque ea amplissima, judicia enim exercent eo modo quo Imperator, cujus personam & vices sustinent, eaque omnia exercent judicia,
13. quae Imperator ipse exercere solebat. † Qualia sunt Camerae, & Aulae Imperialis, prout testantur mandata, quae tempore interregni in Camera sub utriusque Vicarii nomine & sigillo expediri solent. *Reinking. de Regim. secul. &*
14. *Eccles. lib. 1. Class. 4. cap. 4 n. 7. Limn. lib. 3. cap. 12. n. 53.* † Imo Vicarii judicia ita exercent, ut ab iis ad Imperatorem appellari non possit, & Vicariorum tempore interregni acta Imperator electus servare & confirmare in capitulatione promittit. So sollen und wollen wir auch alles das/ so durch die zwey des heiligen Reichs Churfürsten unnd Vicarien in mittlerweil/ so das Vicariat laut der Güldenen Bull nach Vermög des Reichs Ordnung gehandelt und verglichen / genehm halten/

halten/auch confirmiren unnd ratificiren in aller beständigster Form/wie sich dasselbe wohl ziemet und gebühret. *Reinking. lib. 1. Class. 4. cap. 4. n. 10.* † Ad Vicariorum porro potestatem refertur, quod libertatẽ habeant ad beneficia Ecclesiastica præsentandi, Gottes Gab zuverleihen. *Aur. Bull. 5. 5. Arum. in discurs. Acad. de Jur. publ. pag. 172.* † Et potestatem hanc Vicarios ratione primariarum precum & jure patronatus exercere ex *Brautlacht* refert *Limn. lib. 3. cap. 12. n. 66.* † Nec minus Vicariis competit reditus & proventus Imperii colligere *ex Aur. Bull. tit. 5. Arum. loc. citat.* † Item de feudis minoribus investire, juramentaque fidelitatis vice & nomine S. Imperii recipere. *Aur. Bull. tit. 5.* † Et ut paucis dicam, Vicarii tempore Interregni omnia peragere possunt, quæ Imperator ipse. Exceptis paucis *in Aur. Bull. tit. 5.* specialiter prohibitis, de quibus videri potest *Nobiliss. Dn. Præs. in dictat. ad Jus publ. quæst. 95. Magnif. Dn. Carpzov. loc. alleg. quæst. 2. Reinking. dict. loc. Arum. in disc. Acad. de jur. publ. pag. 127.* & alii. † Hoc vero Vicariorum officium tamdiu durat, donec Imperator absens revertatur, vel mortuo eo, novus eligatur Imperator. *Arum. dict. loc. pag. 775.* † Et hæc de juribus quæ Serenissimæ Domui Electorali soli competunt. Nunc etiam de iis, quæ tota Sereniss. Domus Saxonica una cum Domo Electorali communia habent, inquirendum erit.

15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

XXIX.

† Ad ea autem primo loco referimus privilegium de non appellando quod Serenissimis Principibus Electoribus & Ducibus Saxoniæ indultum est, ne quis ab eorum sententiis & decretis appellare possit. *Limn. lib. 3. cap. 10. n. 31.* † Et privilegium hoc a Serenissimis Ducibus magni semper habitum, prout apparet ex instructione & mandato Sereniss. Electoris Augusti Legatis suis ad Duces Saxo-

1. 2.

niæ cum quibus de insinuatione privilegii hujus Cameræ Imperiali facienda, deliberandum erat, dato, cui talia addidit verba. Es zweiffelten Ihre Churfürstl. Gnaden nicht/ Ihr L. würden darauß zuverstehen haben/daß es eine Begnadigung were / so nicht vor ein gering Kleynod und præmi-
3. nenz des Hauses Sachsen zu achten ꝛc. † De origine hujus privilegii varie inter Doctores disceptatur. Quidam enim Sigismundum hujus privilegii faciunt Autorem, quos allegat *Arum. in Disp. de jur. non evocand. thes. 2.* & alii alios
4. hujus privilegii statuunt autores. † Potius tamen origo hæc ex Aureæ Bull. tit. 11. §. und ordnen Wir hiermit außdrück-
5. lich. petenda erit, *Limn. lib. 3. cap. 10. n. 37.* † Et quamvis in Aur. Bull. hoc de privilegio non fuisset dispositum, sufficeret tamen temporis immemorialis præscriptio, constat enim ducentos ultra annos Serenissimam Domum Saxonicam jure hoc libere usam esse, sicut Elector Augustus *in literis ad Ferdinandum I. datis aperte* testatur. *Ibi*, Auß diesen und andern Ursachen ist/wie obgemeld/in Hause zu Sachsen über 100. Jahr und länger/ auch weit über Menschen Gedencken/eingeführt/gebraucht und gehalten worden/daß man von der Chur- und Fürsten zu Sachsen Urtheln / Decreten und Abschieden nicht appellirt, sondern es bey denselben ie und
6. allweg bleiben lassen &c. † Hoc quidem a nonnullis in dubium vocatur, an nempe præscriptio hîc locum habere possit? Verum cum nostrum non sit propositum omnes hasce controversias tractare, remittimus nos *ad Magnif. Dn. Carpzov. in Disp. de jure & privil de non appel. & Andr. Knich. in comm. ad jus hoc, in verb. jus cap. 1. pag. 234.* ubi rati-
7. ones pro utraque parte quam plurimas adducit. † Hoc *ex Magnif. Dn. Carpzov. dict. loc.* addere voluimus, quod etiam Regalia ac reservata Imperatoris temporis immemorialis præscriptioni supposita esse videantur, sententiamq;
suam

suam probat ex *Recess. Imp. de Anno 1548.* §. Wo aber innerhalb Menschen Gedencken ꝛc. Nec non ex *literis Elect. August. fel. mem. ad Ferdin. I Imperat. datū, ibi*, Welche eingeführte Gewohnheit weil sie sich weit über Menschen Gedencken erstreckt/auch in denen Fällen / so der Keyserlichen Freyheit sonderliche *Reservata* uñ *Regalia* seyn/Krafft und Macht eines außdrücklichen *Privilegii* und Befreyung hat. † A quibusdam etiam in dubium frustrà & immeritissimò vocatur, an privilegium hoc ad reliquos Duces Saxon. extendendum sit, cum in Aurea Bulla Electoribus solis concessum esse videatur. 8.

† Res evidentissima est, si modo inspiciantur *verba seqq. Aur. Bull. tit. 11. Ibi, Eandem constitutionem præsentis legis nostræ Imperialis ad Illustres Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandenburgensem, Principes Electores seculares, sive laicos heredes, successores & subditos eorum, plenissime volumus &c.* 9.

† Quod & satis innuunt verba Elect. August. *glor. memor. in literis alleg. Ibi*, denn anfänglich ist es an deme / daß das Hauß zu Sachsen ein Churfürstlich Hauß ist / und derhalben alle Gerechtigkeit / Herrligkeit unnd Prærogativen billich hat / so den Churfürsten vermöge der Recht und Gülden Bull gebühren. 10.

† Pertinet huc etiam privilegium Sigismundi Imperatoris Friderico Electori Sax. Kesmarc. Anno 1423. datum. Ib. darům haben Wir Ihm und seinen Erben / die besondere Gnad und Freyheit gethan ꝛc. 11.

† Item renovatio hujus privilegii per Maximil. I. Imper. tempore Friderici Sapientis Elect. & Johannis Constantis, Fratrum Ducum Saxoniæ zu Inßbrück *die 20. August. Anno 1494.* facta. 12.

† Nec non renovatio Caroli V. Imp. iisdem fratribus data zu Worms / *die 2. Maji Anno 1521.* 13.

† Res hæc ulterius patescit ex verbis privilegii Ferdinandini de non appellando dati, ubi non solum de Augusto Electore, ejusque heredibus & successoribus, 14.

 verum

verum etiam nominatim de Ducibus Saxoniæ Johann. Friderico medio, Johanni Wilhelmo, & Johann. Friderico Juniore eorumque heredibus, von ihrer aller Leibs-Erben/ und den gantzen Stamm und Hause zu Sachen expresse disponitur. Pluribus hac de controversia tractat *Arum. loc.*
15. *citat. quæst. 4.* † Jus hoc de non appellando Serenissimos Duces Saxoniæ ex propria conventione & pacto consensu ac voluntate Statuum Provincialium à tempore immemoriali tenere, patet etiam ex *liter. alleg. Elect. August. gl. mem.* Ibi: Darüber haben auch meine und der andern Fürsten zu Sachsen Groß-Eltern und Vorfahren vor vielen Jahren ein Landes-Ordnung mit gemeiner Stände/ Graffen/ derer von der Ritterschafft, Stände und anderer Unterthanen Bewilligung auffgerichtet/ darinnen sich berührte Stände aller *Appellationen* und Beruffens außtrücklich bey *pæn* der Acht ver-
16. ziehen und begeben. † Hæcque constitutio a Wilhelmo III. Duce Sax *1446.* zu Weisensee. promulgata fuit. Cujus tenorem recenset *Magnif. Dn. Carpzov. dict. loc. Disp. thes. 33.*
17. † Privilegium hoc denique a Ferdinando Imperatore ad petitionem Augusti Electoris *felic mem.* Serenissimæ Domui Saxonicæ *in Comitiis Augustanis die 2. Maji Anno 1559.* corroboratum & confirmatum exhibitum est, cujus tenorẽ
18. videre licet apud *Limn. lib. 3. cap. 10. n. 41.* † Quòd iterum a Rudolpho II. Imperatore *Anno 1600.* confirmatum fuisse
19. refert *Magnif. Dn. Carpzov. loc. cit.* † Quinimo ab omnibus Imperatoribus noviter electis in capitulatione renovatur & confirmatur, *sicut ipsa capitulationis verba testantur, ibi,* und Jhnen dazu Jhre *Regalia*, Obrigkeit/ *Privilegien*, *&c.* in guter beständiger Form ohne alle Wegerung *confirmi*ren und bestetigen/ Sie auch dabey als Römischer König hand-
20. haben/ schützen und schirmen *&c.* † Causæ, quare privilegium hoc Serenissimæ Domui Saxon. concessum variæ afferun-

runtur, *Magn f. Dn. Carpzov. in dict. Disp.* sex potissimum affert rationes, quarum prior est cura & sollicitudo Serenissimor. Electorum & Ducum Saxon. singularis, in administratione judiciorum, Dicasteriorum & curiarum, quibus sine periculo & suspicione fidendum, *ut clare innuunt verba privilegii Ferdinand.* Ibi: Zu dem hatten auch vor vielen Jahren über Menschen Gedencken/ S. L. und derer Vorfahren / die Chur- und Fürsten unterschiedliche Gerichte in ihren Landen geordnet und gehalten / die auch S. L. und die andern Fürsten nochmahls also hielten etc. † Hoc enim Sacr. Cæs. 21.
Majest. certo sibi persuasum habebat, in territoriis Saxonicis propter diversa eorum judicia hinc inde instituta, justitiam non aliter administrari, quam in ipsa Camera vel Aula Imperiali, ac propterea eorum edicta sancta & inviolata custodienda & servanda edixit. *Andr. Knich. in comm. ad jus Sax. verb. privilegium. cap. unic pag. 259.* † Secunda hu- 22.
jus privilegii causa affertur Magnificentia Serenissimorum Ducum Saxon. nec non cura & sollicitudo eorum pro rebus Imperii, cum enim cura Imperii ad Electores non minus pertineat, quam ad ipsum Imperatorem ut patet ex decreto quodam Cæsareo de dato 27. Jul. Anno 1590. Ibi: Daß der Churfürsten Hoheit und Autorität mit eines Römischen Keysers Gewalt und Hoheit / daher sie auch fleust dermassen verbunden / daß eine ohne die andere nicht verschmelert werden / auch ohne die andere nicht bestehen kan etc. Æquitas etiam postulat, ut aliqua honoris & privilegiorum præeminentia præ aliis gaudeant. † Quod & in- 23.
nuit Serenifs. Elect. August. *in lit. sæp. alleg.* Ibi: Dieweil denn in der Güldenen Bull unter der Rubric. von der Churfürsten Freyheit ; Die Churfürsten sonderlich damit privilegirt seyn / daß von Ihnen nicht soll appelliret werden; So haben sich auch meine Vorfahren solcher Dignität des

Chur-

Churfürstlichen Standes billich gehalten. Quæ ipsa etiam ratio, in privilegio Imperatoris expressis repetitur verbis, Ibi, Auch die vielfältige getreue/ angenehme/ nützliche Dienste/ die S. L. andere Fürsten zu Sachsen/ unnd Ihrer aller
24. Vor-Eltern den heil. Reich in viel Wege gethan ꝛc. † Et sicut olim à Præfectis Prætorio appellare non licitum erat, quia Principes putabant, eos pro sapientia & prærogativa dignitatis, qua pollebant, non aliter judicaturos esse, ac si ipsi judicarent. Ita & hoc privilegium Serenisſ. Electori Saxon. qui Præfecto Prætorio æquiparatur, *Limn. lib. 3. cap. 2. n. 69.* eaque dignitate & autoritate hodie in Imperio fruitur, qua olim ille, ab Imperatoribus datum & concessum est, *ut clara monstrant verba Elect. August. in dict. lit. Ibi*, Wie denn auch solche Befreyung einen Churfürsten von Sachsen nicht weniger / als einen *Præfecto Prætorio* nach gemeinen Keyserlichen Rechten billich gebühret unnd zustehet ꝛc.
25. *Magnif. Dn. Capzov. in dict. Disp. thes. 41. n. 18.* † Hæc etiam causa afferri poterit, quod Assessores Cameræ & Aulæ Imperialis juris Saxonici imperiti, de causis Ducatus Saxo-
26. nicos concernẽtibus bene pronunciare non possint. † Ac solet a quibusdam hoc loco inferri, quod in Camera Imperiali secundum jus hoc etiam pronuncietur, inq; distributione actorum in Camera hoc attendatur, ut referentiũ alter juris Saxonici peritus sit, ac si plures Assessores simul præsententur, originarii cujuslibet circuli præferantur, quia jus in quo versantur non ignorare præsumantur, necesse hinc non esse, ut ignorantia juris Sax. tanquam causa
27. hujus privilegii adducatur. † Verum enim vero cum jus hoc Saxonicum sæpius vel ratione temporis, aut status ac personarum fuerit mutatum, possibile vix erit, ut ex Legibꝰ scriptis Saxonum antiquis addisci queat, sed potissimũ juris hujus observantia aliquẽ informare poterit, quippe cujus dispo-

dispositio eatenus saltem valet, quatenus consuetudine & observantia est recepta, ejusque autoritatem non tam ex verbis, quam usu & observantia æstimandam esse ait *Hartm. Pist. part. 2. quæst. 13.* † Hoc autem cum in foro Saxonico 28.
subsistat, vix innotescere posse iis qui alibi degunt, extraneisque judiciis præsunt, monet *Magnif. Dn. Carpzov. loc. cit. thes. 42. n. 23.* † Et nodum controversiæ hujus optime 29.
resolvere possunt verba *Sereniss. Elect. August. in lit. alleg.* Ibi: Zu dem Ew. Keyserl. Majestät wissentlich/daß das gantze Hauß zu Sachsen/mit einen sonderlichen Rechte/ welches man das Sächsische Recht nennet/von Römischen Keysern und Königen Ew. Keyserl. Majestät Vorfahren *privilegirtet* und begnadet. Nun ist solcher Sächsischen Rechte Verstand durch hergebrachte Gebräuche und langwierige Ubung in meiner Vorfahren/meiner Vettern/unnd meinem Lande des mehrentheils erfündet worden/ derowegen solch Recht auch außwertigen Gerichten und Urthelsfassern unbekand ist/ daß also derwegen Appellationen an das Keyserliche Kammer Gerichte/als an ein ander Gerichte/so des Brauchs nicht berichtet, gantz gefährlich seyn ꝛc. † Plura qui avet, adeat 30.
Magnif. Dn. Carpzov. dict. loc. & Arum. in Disput de privil. hoc quæst. 9. & alios. † Ad causas privilegii hujus referimus quarto etiam plurium in Provinciis Saxonicis instantiarum cumulationem. *Magnif. Dn. Carpzov. loc. cit. thes. 44. n. 34.* Quia enim gradatim his in terris appellare licet, primo à Civitatibus ad curiam provincialem, & ab hujus sententia ad Electorem, appellatione ad Cameram opus nō erit, nec etiam jure fieri poterit, cum sic tertio non liceat provocare. *Limn. lib. 3. cap. 10. n. 37.* † Quinimo in terris 31.
Saxonicis interdum tertia admittitur provocatio, quando nempe provocatur a sententia Nobilis Amtsassii ad quæstorem Præfecturæ, deinde ad curiam Provincialem & ter-

K tio

tio ad Serenissimum Electorem, & supremum tribunal Dresdense, hinc si ad Cameram Imperialem appellare liceret, quarta concederetur provocatio jure inaudita. *Magnif.*
32. *D. Carpzov. in dict. Disp. thes. 44. n. 40.* † Et faciunt hûc verba Elect. August. *fel. mem. in dict. lit.* Ibi, Und über dieses so haben vor viel langen Jahren / und über Menschen Gedencken die Chur und Fürsten zu Sachsen mit grossen Unkosten viel unterschiedliche Gerichte in ihren Landen verordnet und unterhalten / dieselben auch in den Hauß zu Sachsen also angestellt daß von einen ieglichen Ambt oder Stadt / so gleich vor sich Ober- und Nieder Gerichte hat / an ein sonderlich Ober-Gerichte / das Hoffgerichte genand / und von dannen ferner an die Chur- und Fürsten zu Sachsen mag appellirt werden. Derhalben dann auch / Krafft dieser Verordnung / die dritte provocation, nach Versehung der gemeinen beschriebenen
33. Rechte nicht zuläßlich 2c. † Quinta hujus privilegii ratio videtur esse leuterationis & Oberleuterationis beneficium. *Magnif. Dn Carpz. d. l. thes. 45. n. 41.* Et Oberleuteratio nihil aliud est, quam secunda leuteratio seu revisio Actorum, hæcque nullibi in foro Saxonico usitata, nisi in Aulis Electoris & Ducum Saxon. qui jure hoc gaudent, nec indifferenter, sed in illis tantum causis, quarum Judex primæ instantiæ est ipse Princeps, ac si in causa definitive fue-
